SVRVS . SPARVCI . F
DOM . TRIBOCVS
EQVES . ALAE . CLAVD
IAE . NOVAE . ANN . XXX
STIP . XIII . H . S . T . F . I
ARBITRATV . CELARI . SES
QVIBLICARI . EREDIS

H . S . T . F . I . *Hoc Sepulchrum Teſtamentum fieri juſſit.*

1 *Romæ*
reperta in Villa D. Eq. del Cinque *extra Portam Pinctianam. Hodie in Muſeo Capitol.*
Ex Hiſt. Lit. Ital. T. IX. 499.

L . SEMPRONIVS . C . F
PVB . SEVERVS . DOMO
VERONA . M . COH . II̅ . PR
D . LALE . . . . VERECVN
DI . POSVIT . HERES

2 *Romæ*
In Vineis D. Abb. Caſali Equitis Rom. effoſſa extra Portam Flaminiam
Ex Diario Lapid. P. Abb. Galletti.

DIS . MANIBVS . S
M . SATVRNINVS . M . F
PVB . POLLO
MILES . VET . COH . II . VIG
VIXIT . ANNIS . LXXII
P . DOMITIVS . IANVARIVS
BENEMERENTI . FECIT

3 *Romæ*
Ex Maraccionio in Libro de quo ſupra p. 474.
Hic corona.

D . M
M . SEPTITIO . M . F
POL . NEPOTI
HASTA . MIL
COH . III . PR
7 . GRADIVI
MIL . ANN . IIII
M . XI . VIX . AN
XXV . H . F . G

4 *Magontiaci.*
Ex Maffejo CCCCLI. 12.

SIBBAEVS . ERON
IS . F . TVBICEN . EX
COHORTE . I
ITVRAEORVM
MILES . ANN . XXV
STIPENDIORVM
VIII . H . S . E

5 *Ex Muſeo Tuſculano Olim Eminentiſs. Paſſionei.*

STATIA . Q . F
QVINTA . VXOR
C . PA...RIVS
C . F . VEL . MASSO
TR . MIL . AED . PL
Q . IVD . CVR . FRV

Lin. 3. fortaſſe. C. FABIRIVS lin. 4. VELINA Tribu. 5. AEDili. Plebis. 6. Quæſt. Jurisdicundo CURAt. FRVmenti, vel Frumentorum.

6 *Beneventi*
E ſchedis Viglioni In Inſcript. Benevent. Joh. De Vita. XXX. 7.

A . SILANVS
COH . I . VIGIL
SIGNIFER . SIBI
ID . SILANO
FRATRI . SVO . IN
FR . P . XII . IN . A . P . XII

7 *Romæ*
apud Marſium Mileſium
Ex Donio Cl. VI. n. 85.

D . M
T . SEMPRONIO
PVDENTI . MIL
FRVM . LEG . XXV
PVDENS . VERNIA
NVS . HERES
B . M

Fabret. cap. X. n. 252. aliter diſponit lineas, non indicato loco, & lin. 3. ſcribit MIL. V. lin. 4. LEG. XX. V. lin. 5. PVDIVS.

8 *Ravennæ ad D. Dominici nuper effoſſa.*

L . SVPERINIO
SEVERO . NA
PANN . VIX . AN
XLV . MIL . ANN . XXV
III̅ . NEPTVNO
. . . . . .

9 *Fori Sempronii, apud Nobiles Paſſioneos.*
Ex eodem Paſſioneo : Append. cit. 149. *n.* 6.

. . . . . IVS . CN . F . FALSECLATOR
. . . . . NORIO . MERVIT . A . XLIII
VIX . XXXV . TORFIVS . C . F . FAL
. . . . REI . NIARIAE . QVI . PROPTER . EIVS . PIETATEM . DE . SVO
QVI . LEGIS . ET . FLORES . VIAE . CARMINA . HOSPES . ENSIS . . LEO
VERIM . FRATERNIS . MANIBVS . TVMVLVSQVE . ET . CONIVGIS . EIVS
TRADITVS . EST . M . . NVI . QVEM . MORS . INIMICA . PEREMIT
NAM . EIS . SEPTENOS . . ROMA . LABORIBVS . ATNOS . PRAESTITE . . . .
QVOM . ME . MISERVM . MALA . FATA . VOCARVNT
EGRESSVM . CASTREIS . DVO . ME . VISERE . PARENTES
LINQVENTEM . VITAE . ET . COMMODA . MILITIAE
HI . DVO . VIDERVNT . FRATRES . DVLCISSIMA . CONIVX
FRATERNA . QVAE . MI . TITVLVM . DONAVIT . APERTVM
QVEM . VOS . . . CERE I . VESTRIS . OSTENDERE . GNATEIS
POSSETIS . QVORVM . VITA . PER . SECVLA . CVRRIT
DICITE . NIARIA . TIBI . BENE . SIT . QVAE . . ARV . . . . . .
CONIVGIS . HAVRISTI . GERMANVM . E . R

1 *Salonis.*
Ex Marm. Salonitanis pag. XV. n. 12.

A . STATILIO . VMBRO
LEG . III . PROVINC . SYRIAE
L . ANNIVS . VICTORINVS
A . RARISSIMO
F . C

2 *Romæ*
Reperta in Villa Equit. del Cinque
extra Portam Pincianam.
Hodie in Museo Capitolino.
Ex Hist. Lit. Bal. T. IX. p. 499.

D . M
M . STATI . M . F . QVIR
ADIVTORIS . PEDONE
MIL . COH . X . PR . 7
VINDICIS , MIL . ANN
V . VIX . ANN . XXV
FECIT . A . SE . M
STATTIVS . SECVNDVS
FRATER . ET . COMMANIPVLAR

3 *Vindonissæ Helvetiorum*
vruta, indeque in vicinum Fictum Koenigsfelden.
Missa V. Cl. Samuel Schmidt.

L . TITENNIVS . L . F
LEMONIA . VIC
TORINVS . BONO
MIL . LEG . XI . C . P . F
* 7 . VALERIANA
ANNOR . XXV
STIPENDIOR . V
H . T . C . F

* *Ex Centuria.*
Hunc lapidem a *Schœnebero* communicatum primus in lucem protraxit Breitingerus l. 1. 49. inde eum exhibuit Bochatus *Memoires* t. 300. Fusidem mentionem iniicit Illustris. Hagenbuchius Epist. Epigraph. 357. Edidit etiam Cl. Schmidt *Antiq. de Culm. p. 94.*

4 *Romæ*
Olim apud Cl. Franc. Ficoronium.
Ex Diario Lapid. MS. Rev. P. Ab. Galletti p. 9.

M . TREBELLIVS . M . F
AEMI . SEVERVS
MIL . COHORT . PR . 7 . VII
VIXIT . ANNIS , XXXV
MILITAVIT . ANNIS . XV
EX . TESTAMENTO . F . I

Lin. 2. AEMilia *Tribu*. lin. 3. 7. VII. *Centuria* VII.

5 *Antini*
In quadam basi prope D. Marci Jannam
Ex Marangonio in lib. Le cose Gentilesche
Cap. XLI. p. 198.

M . TILLIO . M . F . TER . RVFO
ILLEG
XX . VAL . VICT . EX . CCC . COH . IIII
R . A . P . V . PRINCIPI . CASTROR . EQ
P . EXOR . ET . DONIS . DONATO . AB
IMP . SEVERO . ET . ANTONINO . AVGG . HASTA
PVRA . CORONA . AVREA . 7 . COH . XII
VRB . ET . I . VIG . EVOC . AVG . DI
VOR . M . ANTONINI . ET . COMMODI
PATRONO . MVNICIPI . LIBERTI
L . D . D . D

In uno latere ejusdem basis.

DEDICAVIT . IPSE . X . KAL . IVN
IMP . M . ANTONINO . III . CONS . ET
DEDIT . SPORTVLAS . DEC . HS
XII . N . PLEBIS . VRBS . HS . VI . N

Vid. Grut. MCI. 5. in quo variant.

6 *Beneventi*
Effossa prope Æles de Lutiis in mœnibus Urbis.
Ex Joh. De Vita l. c. XXXII. 14.

Q . TETAFRENO . L . F . STE
LEG . VI
C . TETAFRENVS . L . F . FR
FACIVNDVM . C

L. e. FRatri *Faciundum Curavit.*

7 *Ex Agro Tunetano Florentiam translata,*
Hodie in peristylio Magni Ducis.

C . SVLGIO . L . F . PAP . CAECILIANO . PRAEF . LEG . III . CYRENAI
CAE . P . P . LEG . XX . VALERIAE . F . VICTRICIS . PRAEF . .
QVATIONI . CLASSIS . PRAETORIAE . . . . . .
VINDICIS . ET . THENSAVRIS . DOMIN . . . . . .
RVM . DIVEHENDAR . . . . . .
ET . PRIMAE . PARTHICAE . ET . XVIIII . . . . . .
. . . . . CLASSIS . PRAE . . . . . .
. . . . . ONI . PEREGRI . . . . . .

Lin. 1. *C. Sulgio Lucii Fil.* PAPia Tribu. lin. 2. P. P. *Primigeniæ Pia* LEG. XX. VALERIAE *Fidelis.*

1 *Reperta inter Narniam, & Interamnam in Umbria. Ex Diar. Lapid. Cl. V. P. Abb. Galletti.*

DIIS . MANIBVS . S
T . TREBELLIO . P . F
TRO . SECVNDO . IIVIRO
TRIB . MIL . LEG
VII . GEMINAE
FORTVNATA . L . FILIA
MAXIMA . CONIVGI . KARISSIMO
FACIVNDVM . CVRAVIT
L . D . D . D

2 *Burgi S. Sepulchri in Etruria in Palatio Ep. Scopi. Ex Ephem. Liter. Flor. T. VI. 371.*

D . M
Q . VOLCACIO . Q . F
CELERI . MILITI
COH . VIIII . PR
BENEFICIARIO
TRIBVNI . 7 . ATTICI
MILITAVIT . ANNIS . VII
VIXIT . ANNIS . XXV

Non satis accurate ap. Grut. DLXIX. 13. Fabr. & Gor. *Inscr. Austr. Etr.* T. II. p. 358. n. 1. qui non meminerunt cubicae figurae in fronte lapidis; ubi forsan poni debebat parva statua *Q. Volcacii*, aut quid simile.

3 *Romae Ex Hist. Lit. Ital. Tom. VI. pag. 699.*

M . TROIANVS
M . F . MARCELLVS
LVC . AVG . MIL
COH . X . PR
7 . SCIPIONIS
MEN . LIB . VIX
AN . XXV . M . VIII
MIL . AN . V . M . VII
FAC . C
L . MAGIVS
AEDILIANVS . ET
C . IVLIVS
TIBERINVS
AMICI

4 *In Vico Castiglioni ad S. Philippi Nerii. Ex Joh. de Vita Inscr. Benev. CCCLXI.*

. . . . . .
LERIANI . VE
AVGG . N . N
COH . II . PR
AVRELIA
CASTA . CON
IVGI . INCOM
PARABILI . CVM
SEPTEMBRO
VTRORVMQ
LIB

Leg. *Valeriani Veterano Aug. Nostrorum &c. In Ephem. Lit. Flor. T. IX. 805.*

5 *Romae reperta in Villa D. Equit. del Cinque extra Portam Pinciana, Hodie in Mus. Capitolino. Ex Hist. Lit. Ital. T. IX. 499.*

T . VELTIVS . T
F . STE . SENEGA
CRITONA . MIL
COH . XXXIIII
. . . . MILITAVIT

6 *Beneventi Ad S. Francisci. Ex Joh. De Vita. XXVII. 13.*

VALERIANO
VETERANO
sic CAORTIS . VII
FLAVIVS . VALERIANVS
ET . VALERIA . IVSTA
PATRI . B . M . F

7 *Sarsinae Olim Reperta Ex Cl. V. Joh. Bapt. Fabrio J. U. D. In Ephem. Lit. Flor. T. V. col. 592.*

D . M
L . VARRII . L . E
CLEMENTIS
VET . COH . X . PR
AELIA . PHILETE
CONIVGI . DESI
DERANTISSIMO
SINE . VE . CARE . MIHI . CONIVX
DILECTA . PROPAGO
CONDITE . PERPETVIS . TVMVLIS
SINE . LVCIS . HIATV
DEFLEO . TE . PVTO . NEC . SATIS . EST
DEGERPERE . CRINIS
NVNC . NEQVE . TE . VIDEO . NEC
AMOR . SATIATVR . AMANTIS
DEFLENT . ET . GEMINI . GENITO
RIS . IMAGINE . CAPTI
ET . CONIVX . MISERA
FINEM . DEPOSCO . DOLORI

Primae Literae examen in VIII. linea vitiatae sunt, forsan. NVNC. TE. CARE. MIHI &c. Picta fuit *Lucio Vet. Lucii Filio Clementi, Veterano Militi X. Cohortis Praetoriae ob Aelia Philetae ejus coniuge.*
Hic invida Libitina duobus Filiis abstulit Patrem.

8 *Apud Dom. Andream Frajam, prope Putcolos reperta. Ex Massejo CCCCLXXVII. 9.*

D . M
L . VIRRIDIO . CELERI
QVI . ET . TEMANS . . . .
FILIO . DELMAT
VIX . ANN . XXXXIX
MILIT . ANN . XXIII
T . COSCONIVS . FIRMVS
III . SOLIS . HERES . BE
NEMERENTI . FECIT

9 *Romae Ex Cl. Zacharia Excurs. Litter. per Italiam pag. 363.*

D . M
P . VALERIVS . Q . F . SERENVS
MIL . LEG . II . ADIVTRICIS . H . S . E

1 *Olim Roma*
Ex Diario Lapid. MS. Rev. P. Abb. Galletti.

C . VALERIVS . C . F . C . N
STEL . PROBVS
MISSVS . HONESTA . MISSIONE
ARAM . ET . AEDICVLAM
SVA . PECVNIA . POSVIT
GENIO . CENTVRIAE
COH . VII . PR . 7 . L . HERENNII
IN . QVA . MIL . AN . XI

2 *Ex antiqua Monachorum Ecclesia inter oppida Montis Sicci ac S. Viti agri Faro-sempronien∫. in Æ∫tos Urbinates advecta.*
Ex Thes. Peter. Diptych. Vol. 1. Præf. p. XIX.

M. VALERIO . FLORENTIO . ACTV
ARIO . COMITVM . IMP . EX . EXCEPTORE
PRAEFF . PRAET . MILITAVIT . ANN . II
MENS . VI . VIXIT . ANN . XXI . M . II . D . VI . ET
M . VALERIO . HERODIO . OPTIONI . VEX
XILL . SVPRASS . EX . EXCEPTORE . PRAEFF
PRAETT . ET . MM . V V . MILITAVIT ANN . II
MENS . VI . VIXIT . ANN . XX . DIES . XII
HELIODORVS . PATER . ET . TATIANA . MA
TER . FILIS . DVLCISSIMIS . IN . PACE
FECERVNT EVTROPIORVM

Apud Murat. DCCCLXIV. 3. varians. Vid. ejusdem Notas.

3 *In cæ∫tro Baje∫i prope Puteolos nuper effo∫∫a. Hodie in Muſ. Principis Conca.*
Ex Actis Societatis Columbriæ Florentinæ Vol. 1.

D . M
M . VALERIO . MARCINI
III . VENERE . NAT . SVR
MILIT . ANN . XVI . VIXIT
ANNIS . XXXV . HERES
IVLIVS . . HERMOGE
NES . IN . PACE

Murila in Muſ. Veron. CCLXXVII. 11. lin. 2. SVR . lin. 4. XXXVII.

4 *Roma nuper inventa, in Vinea D. Comit. Alexandri Pelucchi. Extra Portam Collatinam*
Ex Eph. Lit. Flor. Vol. XVIII. col. 92.

SEX . VALERIVS
C . F . VOL
FIRMINVS
VIENNAE
MILEX . COH . IIII . PP
GALLI
MILITAVIT . ANN . XVIII
VIXIT . ANN . XXXXI
T . F . I

In Hiſt. Liter. Ital. Vol. XIV. p. 95. lin. 5. MILES . COH . IIII. PR . lin. 6. 7 GALLI: i. e. *Centuria*, & *dein* litera T. F. I.

5 *Roma in villa Pamphilia.*
Ex Sponio Mi∫cell. E. A. Sect. IV.

D . M
T . VIBIO . RVFO . MEDICO
COH . V . PR . VALERIA
RVFINA . CONIVG . OPTIM . FECIT

Lin. 3. *Colortis* V. *Prætoriæ.*

6 *Beneventi*
Ad S. Sophiæ Ex Joh. De Vita Inſcript. Benevent. XXXII. 12.

C . VMBRIO . C . F
STELL . ADIVTORI
MIL . COH . III . PRAETO
C . VMBRIVS . MANSVET
ET . VMBRIA . LVCARIA
FRATRI . PIISSIMO
C . VMBRIO . MANSVETO
ET . VMBRIAE . LVCAR
PIAE . PARENTIBVS

7 *Roma reperta extra Portam Salariam*
Ex Hiſt. Lit. Ital. T. III. 675.

M . TITIVS
C . F . POM
VERECVNDVS
DOMO . ARRETIO
MILIT . IN . COH
VII . PR . ANN . XX
7 . IVLII . VIX
ANN . XXXXV
TESTAMENTO
SIBI . PONI . IVSSIT

8 *In Villa Stenici Vallis Judicariæ Principatus Tridentini.*

Ex MS. Fr. Joſeph Hippoliti a Pergimo.

. . . . . .
M . VLPIVS
BELLICVS
VET . LEG
XXX . V . V . SIBI
ET . SVIS

9 *Roma reperta*
Ex Hiſtor. Lit. Ital. T. VI. p. 698.

D . M
M . VALERIVS . M . E
SERGIA . QVINTIA
NVS . SENI . MIL . COH
I . PR . 7 . SILVANI . VIX
ANN . XXI . MIL
ANN . III
H . F . C

Heres Fieri Curavit.

1 *Ex Symb. Litter. Vol. II. pag. 239.*

VICTORIAN . . . . . .
ALEXANDRIN . . . . . .
VIX . AN . XXXX . . . .
MIL . AN . XX . . . . . .
M . AVRELIVS . . . . . .
SELEVCVS . FER . . . . .
EX . EA . ET . MARION . LIB . . .
B . M . P . C

2 *Eruta ex veteri Castro Santenæ (hodie Santen) in Ducatu Clivensi non procul a Rheno fluvio. Ex V. C. Joh. Strangio Neb. Anglo.*

D . M
M . VETTI . SATVR
NINI . VET . LEG
XXII . P . P . F . CIVI
TRAIANENSI . M
ANTONIVS . HONO
RATVS

Mut. DCCCLXVII. 5. lin. 1. DIS . MANIBVS . l. 7. HONORAT . contra fidem lapid. 7 . P . F . *Primigeniæ Piæ Felicis.*

3 *Romæ, extra Portam Collatinam via Nomentana. In Villa DD. Alberoni. E schedis Stoschianis.*

P . VETIO . VITALI
VET . AVG . MISSO
HONESTA . MISSIONE
EX . COHORTE . III . PR . ET
FORTVNATAE . EIVS
C . PONTIVS . SATVRNINVS
MIL . COH . III . PR
VAGELLIANI
TESTAMENTO . EIVS
ARAM . FACIENDAM
PONI . CVRAVIT

4 *In agro Ravennati in Museo Monachorum Classensium.*

. . . . . .
VICTORIA . NA
ALEXANDRIN
VIX . AN . LXXX
MIL . AN . XX
M . AVRELIVS
SELEVCVS . HER
EX . EA . ET . MARIONI . LIB
B . M . P . C

5 *Glannibantæ in Anglia E schedis Petri Gnocchi.*

IMP . CAES . L . SEPTIMIO
PIO . PERTINACI . AVGV . . .
IMP . CAESARI . M . AVRELIO . A . .
PIO . FELICI . AVGVSTO . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
BRACCHIO . CAEMENTITIVM
VI . NERVIORVM . SVB
CVRA . LA . . . . . .
SENECION . AMPLISSIMI
OPERI . L . VISPIVS . PRAE . . . .
LEGIO . . . . . .

6 *Eloventiæ. in Museo Antinoriano. Exscripsit D. V. CL. Joh. M. Lampredi.*

C . VIRRIVS . IVCVNDVS
VEXIL . COH . II . VIG
7 VISERTI . LATINI
MILIT . ANN . VI . MEN . VII
DIES . XVIIII
IN . EIS . TESSERAR . OPTIO
VEXILLARIVS
VIX . ANN . XXVII
ARAM . CVM . BASE . SVA
T . P . I
ARBITRATV . LVCILIAE . LACABNAE
ET . C . VIRRI . IVCVNDI . F

Hæc olim Pisis apud Nobb. de Torris, & dein in S. Martini, & mendose edita a Norisio, Bortello, & Grutero 509. 1. & 570. 5. at recte a Gorio *Insc. Antiq. Etr. T. II. 25.*

7 *Brixiæ olim in pariete dirutæ S. Joh. Bapt. E schedis Petri Gnocchi.*

M . VALERIO . SP . F
. . NDICI . MIL . LEG . XII
. . RBANVS . FRATRI

8 *Catanæ in Museo Monasterii vulgo di S. Nicolò Ord. S. Benedicti, Missi Excellentiss. D. Gabr. Lancell. Castello Principi Turrismutiæ.*

D. M.
L . VESVENQCI . MARTIALI
MIL . COH . X . VRB . 7 . SEVERI
NI . MIL . A . . I . VIXIT . A . XV . PAT
RONO . ET . CONIVGI . BEM
ER . F . VESVENA . AFIAS

Gallettus *Diar. Lapid.* MS. p. 79. lin. 2. 3. VESVLENO. C. 2.

1 *Apud Dom. Andream Frejam, prope Puteolos reperta. Ex Maffejo* CCCCLXXV. 3.

D . M
Q . VAL . ALEX . VETE
VERN . OSTE . MIL
ANN . XXVI . VIXIT
ANN . XLVII . Q . VAL
AQVILIVS . FIL
B . M . F

2 *Eruta ruderibus vetuſtæ Arcis* Altenburg *in pago Bervenſi. E ſchedis Petri Gnocchi.*

C . VALERI
VS . C . F . VOL
CAMPANVS
VIENNA . MIL
LEG . XI . C . P . F
STIP . XI . T . FE
Varians apud Grut. DLXIV. 4.

Reperta in muro prope Oppenheimum
3 *Ex C. V. Joh. Stranzio. Hæc Miles equeſtris armatus.*

VEIAGENVS
SISGIF . MIL
ES . EX . COH
ORTE . RAETO
AN . XLVISTIP
. . . . . VMVSM
Veiagenus Siſſi Filius Miles Ex cohorte Rætorum Annor. XLVI. *Stipendior.*

4 *Ex Ampliſſ. Præſ. S. Paſſioneo Inſcr. Antich. Cl.* I. 22.

VICTOR VINCAS
NABICE FEELIX
SALBVS REDIAS

In medio navis expanſis velis. In hac vides acclamationes, & forſam pugnarum in Naumachiis.

5 *Ex Ampliſſ. Præſ. Joh. Nic. ab Hontheim. loc. cit. Claſſ. IV. n.* 4. *pag.* 190.

VRBANVS . AMBAT
ANNORVM . XXX
STIPENDIORVM . VII

6 *Piſis. In S. Matthæi. Ex Cyriaci Ancon. Nov. Fragment. pag.* 13. *n.* 23.

C . VIRRIVS . IVCVNDVS
VEXIL . COH . II . VIG
VISERTI . LATINI
MILIT . ANN . VI . MEN . VII
DIES . XVIIII
IN . EIS . TESSERAR . OPTIO
VEXILLARIVS
VIX . ANN . XXVII
ARAM . CVM . BASE . SVA
T . P . I
ARBITRATV . LVCILIAE . LA
GATEINAE . C . VIRRI . IVCVNDI . F
Grut. ex Robertello DLXIX. 1. lin. 11. LAGENAE. & ſeq. pag. n. 5. LAGEMIAE, & in Not. ex Guſio in nov. edit. LACATENAE. Apud Noriſium Cenotaph. Piſ. diſſ. III. cap. IV. & apud Gorium T. II. Inſcr. Etr. p. 26. emendata uti noſtra.

7 *In Muſeo Romano Ex D. Ab. Mich. A. Monſacrato V. C.*

D . . . M
M . VLPIVS . ROMANVS
EQ . R . VIXIT . ANNIS . XXIIII
MENS . II . DIES . XVIIII
M . VLPIVS . GEORGVS .
LIB . ET . HERES
SARCOFAGVM
POSVIT . CASTA . TAE
V . DVLE . COIVGI . BE
NEMERENTI . FECIT
Murat. DCCCLXXII. 6. lin. 5. ANNIS XXII. lin. 8. & 9. TE V. DO. BE., & legit TEVDORE.

8 *Ex Ampliſ. Præſ. Bened. Paſſioneo Cl.* III. 7.

D . M
AVR . VICTORINO
MIL . COH . VI . PR . NATI
ONE . DACISCA . REGIONE
SERDICN . VIXIT . AN . XXX
MIL . IN . LEGIONE . AN . VI
IN . PRAN . IIII . FECIT . ME
MORIA . VALERIVS . AVGVS
TVS . MIL . COH . VIPR . FRATRI
BENEMERENTI . FEC

9 *Ex Marm. Salonitanis pag. XIV. n. IV.*

C . VIVIANO . PHILOMARINO
LEG . VII . CENT . P . P
AB . HOST . INTEREMPT
VALERIANA . CONIVX
VIRO . S . BENIGNIS . P
ET . IPSA . D . III . DOL . MSQ . OCCVB
Præclarum hoc exemplum conjugalis amoris! *Valeriana conjux vero ſuo benigniſſimo poſuit, & ipſa die tertio dolens, mœreniſque occubuit.*

10 *Comora in Pannonia Ex Sponio Sect. VII. A. IV.*

D . M
M . VAL . VALERIANO . LEG . IIII . FL . VIXIT . ANN . XLII
ET . M . VAL . VLPIO . EQ . PVB . FIL . VIXIT . AN
VIII . SIM . CONDITIS . VLPIA . PARATIANE
MARITO . ET . VLPIA . VALERIA . FILIA
HEREDES

CLASSIS XII.

OFFICIA DOMVS AVGVSTÆ.

1 *Ex Paſſionco Cl. IV. n. 2.*
In Cippo.

D . M
ACYNDYNO
AVG . LIB . AB . EPIST
LAT . CLISTHENES
FRATRI . OPTIMO
ET . AELIA . FLORENTINA
FILIO . DVLCISSIMO
BENEMERENTI
FECERVNT

2 *Ex Eodem l. cit. n. 8.*

AVRELIVS . PRIMITIBVS . AVGG
LIB . PP . VICTIMARIORVM . ET . AVR
FILIVS . MAXIMVS . AVGG . LIB . ET
FVLVIA . MARTINA . SEVIVI . CO
NPARAVERVNT . SIBI . ET . LIBE
RTIS . LIBERTABVSQVE . POSTERIS
QVE EORV

3 *Nicia*
Ex P. Zacharia in Excurſ. Lit. per Ital. pag. 55.

M . ATILIO . L . F . FAL . ALPINO . ÆD
VATILIAE . M . F . VEAMONAE
L . ATILIO . M . F . CVPITO
C . ATILIO . M . F . ALPINO
M . ATILIO . M . F . PRISCO
ATILIAE . M . F . POSILLAE
ATILIAE . M . F . SECVNDAE
LICINIAE . C . F . CVPITAE . NEP
T . F . I

FAL. i. e. *Falerina Tribu.* Grater. DCCCLIX. 1. lin. 2. V. ATILIÆ. VAEMONÆ. lin. 3. 2. ATILIAE.

4 *Roma*
apud DD. Paſſarinos.
Ex Actis Societatis Columbaria Vol. I. pag. 183.

D . M
T . AELIVS . AMINTAS
AVG . LIB . MEDICVS
AVRICVLARIVS . FE
CIT . SIBI . ET . AELI
AE . IEXI . CONIVGI
ET . FI . LS . LIBVSQVE (ſic)
POSTERISQVE
EORVM

5 *Roma*
Ex Sponio Recher. d' Antiq. Diſſ. XXVII. 428.

L . ARRVNTIO
SEMPRONIANO
ASCLEPIADI
IMP . DOMITIANI
MEDICO . T . F . I
IN . FRONTE . P . XX . IN . AG . P . XX

6 *Roma*
effoſſa in Villa Pilucchi.
Ex Hiſt. Liter. Ital. Vol. XIV. pag. 91.

D . M
L . ACCI . TERTVLLI . S
STATORIS . AVG . . . . ATTI
VIX . AN . X . . . . M . VIIII
MIL . ANN . IX . . . . . ITEM
L . ACCI . TERTVLLI
ACCIA . LVCR . . MATER . FIL . PIEN
FECIT . L . MVNATIVS
. . . . LARVS . STATOR . AVG
HER . FIDVC . F . C

Lin. 2. ſuperabundat S

7 *Tiburi*
reperta extra Portam Romanam.
Miſit Rev. P. Abbas Galletti V. C.

D . M
MARCVS . AVRELIVS . AVG . L
A . RATIONIBVS . L . AVRELIO
AVG . L . A . RATIONIBVS . FRA
TRI . DVLCISSIMO . B . M . P
VIXIT . ANNOS . XLIII . M . IV
D . VIII

8 *Roma*
Extra Portam Collatinam.
E ſchedis Stoſchianis.
In Cauponâ vulgo di Grotta Pallotta.

MY . VO
: : IX . A . III . M . V . D : :
CHARITO
VIX . AN . I . M . VIIII . D . XXI
DAPHNVS
CAESARIS . N
SER . DISP . FISCI
CASTRENSIS
VERNIS . SVIS . KAR
FECIT

1 *Signa in Latio. Propè S. Sebastiani. Ex Cl. Zacharia Excurs. Lit. per Italiam pag. 362.*

ASTYLO
CAESARIS
SER
A . RATIONIBVS
ADIVTORI
CLAVDIA
EVDIA
CONIVGI . B . M . F

2 *Ex Ampliss. Præs. Bened. Passionco CL. IV. 6.*

DIS . MANIBVS
ALYPI . IMP
AVG . SER
MINISTRATORIS
VERNAE
SPENDON . ET
HERMES . EMPTICI
DE . SVO . FECERVN
VIX . ANIXXIIII

Grut. MCXI. 14. l. 4. MINISTRATORI. l. 7. EMPTO. l. 8. FECERVNT. l. ult. ANN. XXVIII. De Hisce Servis Vid. Fulv. Ursin. in App. *de Triclin. p.* 346.

3 *Fori Sempronii, apud Nobiles Passioneos. Ex Passioneo Append. cit. pag.* 153. *n.* 9.

D . M
AGATHONIMVS
AVG . LIB . FECIT
SIBI . ET SERGIAE
FRVGIFERAE
CONIVGI . DVL
CISSIMAE . BENE
MERENTI . CVM
QVA . VIX . ANN
XXX

4 *Roma reperta extra Portam Capenam Misit P. C. P. Abbas Galletti.*

D . M . S
AVRELIAE . VXORI . SANCTISSIMAE
QVAE . VIXIT . ANNOS . P . M . XXIII
L . AVRELIVS . AVG . L . SECVNDINVS
AB . EPISTVLIS . LATINIS . FECIT . MEM
SIBI . ET . SVIS . LIBERTIS . LIBERT
POSTERISQVE . EORVM

5 *Tiburi, in S. Georgii. Misit P. Cl. Annibal de Abbatibus Olivieri.*

D . M
AVRELIAE . PRIMITIVAE . COIVGI . KARIS
SIMAE . VIVOS . FECIT . ZOSIMIANVS . AVG . LIBERT
NOMENCLATOR . A . CENSIBVS . SIBI . SVISQVE
LIBERTIS . LIBERTABVSQ . POSTERISQVE . EORVM
H . M . H . N . S

Murat. DCCCLXXXIX. 3. lin. 1. PRIMITIVAE, & CARISSIMAE pro KARISSIMAE, & in lin. 2. omittit VIVOS, & in postrema interpunctionem.

6 *Fori Sempronii, apud Nobiles Passioneos. Ex Passioneo*: Iscriz. Ant. Append. *p.* 150. *n.* 1.

CINAMIO
C . CAESARIS . AVG . VERNA
CINNAMI . CAESARIS . ET
SECVNDAE . DRVSILLIANER
FILIVS . HIC

Murat. DXCV. n. 13. l. l. CINNAMIO. l. 4. DRVSILLIANOR. contra fidem Lapidis.

7 *Interamnæ, in D. Joannis de Arce S. Zenonis in gradu Altaris. Ex MS. Ampliss. Viri Joh. Baptistæ Passerii.*

TI . CLAVDIVS . AVG . L
LAITALIS . ESTVDIIS
VIX . ANN . LXXXII . FILIVS
EVSTOCHIVS . ET
CLAVDIA . LIBERT
PATRONO . B . M . P

8 *Roma In Parte adversa Urnæ Aquæ Sanctæ in S. Mariæ in Dominica. Misit Rev. P. Abb. Galletti.*

DIS . MANIBVS
M . CAECILIO . M . F . Q . N
PAVLLINO . A . LIBELLIS
FISCI . F . VIX . ANN . XXXII
M . X . D . XV . C . ANTONIVS
APPVLEIVS . AMICO . OPTVMO
B . M . P

9 *Ex Passioneo Cl. IV. n.* 11. *in cit. Oper.*

CYPAERVS . OCTAVI
AVG . EDISP . VIX . AN . X
ECLECTE . SIBI . ET . CONIVGI . S
FECIT . PIISSIMO . DE . QVO . N
VNCQVAM . DOLVIT . NISI . QVO
MORTVVS . EST

10 *Fori Sempronii apud Nobiles Passioneos. Ex Passioneo: Append. cit. pag.* 150. *n.* 2.

DEMETRIAE . ACTS
AVG . L . SER . ACROAMAT
GRAECAE . VIX . A . XXXV
TROPHIMVS . CVBICVL
CONSERVAE . BENEMER
D . M

11 *Fori Sempronii, apud Nobiles Passioneos. Ex Passioneo: Append. cit. pag.* 151. *n.* 6.

D . M
T . FL . AVG . LIB . EVTYCHVS
APPOLLONIANVS . MINISTRAT
FECIT . FLAVIAE . IDVSAE
CONIVGI . KARISSIMAE
CVM . QVA . VIXIT . ANNIS . XXXV
ET . SIBI . ET . SVIS
POSTERISQVE . EORVM

1 *Ex Marm. Salonitanis pag. XVIII. n. 3.*

FELICISSIMO
AVG . N . VERN
QVI . VIXIT . AN
XXX . CASSIA
FRATRI . PIENTI
SSIMO . B . M . P
. . . . E . SVO . SIBI

2 *Ex Paſſioneo Cl. IV. n. 25. in Cippo.*

DIS . MANIBVS
EPICARPO . LIB
FRVGALISSIMO
RHODON
AVG . LIB
A . CVBICVLO

3 *Florentiæ*
In Muſeo Suburbano Strotii
Ex Gorio Inſcr. Antiq. Etr. Par. III. pag. 239.

T . FLAVIVS
AVG . LIB
EGLECTVS
AB . VNGVENTIS
FECIT . SIBI

4 *Florentiæ*
in atrio Marchionis Riccardi.
Ex Gorio Inſcript. Antiq. Etrur. Par. I. p. 107. n. 81.

D . M
DECIA . MATER . ET
TROPHIMVS . THEAGENIS
CAES . AVG . SER . VIC . FECER
AEMILIAE . SECVNDAE
CONIVGI . B . M
VIX . A . XXVII . M . III . D . VI

Mendoſa apud Reinef. 46. IX. & mutila apud Fabrett. pag. 303. n. 287. Ad hunc lapidem Maffejus in *Art. Critic.* L. III. hæc habet: „ Alibi *Decia Mater, Et Trophimus Vic.* Vicarius *Coniugi Fecer.* ubi ſingulari exemplo, ut opinor, infimæ ſortis homo, & plus quam ſervus Vicarius nempe, „ *Coniugem* oſtentat.

5 *Trope Aventicum Helvetiorum,*
in Vico Villarienſi.
Miſit P. Cl. Samuel Schmidtius.

DONATO . CAES . AV . . .
SALVIANO . EXACTOR
TRIBVTORVM . IN . HEL
COMVNIS . VICARIV.....

Hunc lapidem, ut innuit laudatus *Schmidtius*, jam vulgaverat Wildius, imo ipſe Gruterus p. CXCIII. 9. qui contra rei veritatem dixit lapidem exſtare „ *Conſtantiæ in Germ. in* „ *Prætoſtura Wiler*, vulgo appellata. *Wiler* ipſum eſt *Mo-* „ *naſterium Villarienſe* Aventico vicinum; Germanis *Wiler* „ & *Munche Wiler*, Gallis *Villars le Moine* dictum. Grute- „ rus loco CAES. habet integrum *Cæſaris* & *Communis* apud „ illum duplici ſcribitur elemento. Quidam *Communis* nomen putant proprium, alii cum *Vicarii* vocabulo conſtruere malunt. Qua de re conſulendi *Cuperus* in Epiſtolis inſertis *Muſ. Helvet.* Tom. I. 55. & Rochatus l. cit. Tom. I. 376. Cum *Donatus* iſte Salviamus Auguſti fuerit Libertus patet jam illis temporibus Exactores Tributorum a Romanis apud Helvetios collocatos fuiſſe.

6 *Reperta in Agro Tyburtino non procul a Porta Romana,*
Ex Diario Lapid. Rev. P. Abb. Galletti p. 69.

FLAVIO . VALERIO
AVG . L . CVBICVLARIO
L . OPTATVS . AVG . L
A . BIBLIOTHECIS
AMICO . DVLCISSIMO
S . P . S . F

7 *Romæ*
Effoſſa in Vinea DD. de Naris Via Salaria.
Ex Marangonio in Libro: Le coſe Gentileſche ed uſo delle Chieſe, cap. LXXXII. pag. 472.

D . M
. . EPARIAE . GVASAVG . C . LIB
. . . . ATOR . RATIONIS . AC . R
. . . . . MVIBVS . SIBI . COMPARI
. . . . . MENTVM . ET . AVRELIAE
. . . . . E . CONLIBERT . ET . CONTV
. . . . . COMPARABILI . ET . ABLIER
. ET . CONLIBERT . KARISSIMAE . ET . AELIO
. DIO . ET . CONLIBERTO . DVLCISSIMO . ET
. LIBERTIS . LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE . EORVM

8 *Fori Sempronii,*
apud Nobiles Paſſioneos.
Ex Paſſineo: Append. pag. 151. n. 5.

MEMORIAE . SACR
EVTHYMO . CVI . ET . LVPO
CAES . N . VERN . VIX . ANN . VIIII
DIEB . XX . FECERVNT
M . VLPIVS . AVG . LIB . MARTIALIS
ET . VLPIA . PRIMA . FILIO . CARISS
ET . SIBI . ET . SVIS . LIBERTIS
LIBERTABVSQVE . POSTERISQVE
EORVM

9 *Ex Paſſioneo Cl. IV. n. 17.*

T . FLAVIVS . AVG . I
EPICTETVS . AB . EPISTVLIS
ACOPIS . MIL . LICTOR
CVRIATIVS . HIC . SITVS . EST
HVNC . TITVLVM . FLAVIA . TYCHE . VXOR
CONIVGI . OPTIMO

10 *Ex Paſſioneo Cl. IV. n. 18.*

D . M
PL . HAGNE . T . FL . AVGLIBISP
DORVS . CONIVGI . FECIT . ET . SIBI
ITEM . FL . PROTOGENIA . ET . CL .
CALLISTIANVS . EVDAEMONI
VERNAE . CAES . N . FECERVNT . ET . SIBI . ET
SVIS . LIBERTIS . LIBERTABVS . POSTERIS
QVE . EORVM

Digitized by Google

1 *Ex Muſeo Tuſculano Eminentiſs. Paſſionei.*

D . M
T . FLAVIO
ANICETO . SVB
PEDAGOCO *ſic*
PVERORVM
CAES . N . V . A . LX

Mur. CMI. 7. lin. 3. SVO. PEDAGOCO contra fid. lapidis.

2 *Ex Paſſionco Cl. IV. n. 22. Ara.*

LYSIMACHO
AVG . DISP
FRVMENT
MANCIP . FEC
FL . CORINTHIAS

Hæc apud CC. VV. Paciaudus *de Beneventano Corcere Auguſtæ Menſore* pag. XXXV. & Joh. de Vita *Antiquit. Benevent.* p. 344.

3 *Romæ In Muſ. Victorio*

NISI . IVLIAE...SEX..
AVGVSTAE . L . . AV
TABVLAR . . DA ...

Romæ in Muſeo Victorio

PRIMVS
TI . CAESAR . MATERN
AQVAR

4 *Interamnæ Ex Angelon. p. 62. Miſit Ampliſſ. Vir Joh. Bapt. Paſſerius.*

HILARVS . NERONIS . CAESARIS
CORPORIS . CVSTOS . NATIONE
FRISO

Variant apud Grut. DC. 13. qui aliter verſus diſtribuit: lin. 3. COXPORE, ſed male, lin. 4. & ult. FRISAEO. VIX. A. XXXIII.

5 *Romæ Nuper reperta. Ex Ephem. Lit. Flor. T. XIV. c. 53.*

HERMEROTI
AVG . LIB
PRAEPOSITO . TABVLAR
RATIONIS . CASTRENSIS
FRATRI . INDVLGENTISSIM
AMPLIATVS
AVG . LIB . FECIT

6 *Reperta in Monte Aventino prope S. Sabinæ. Miſit Rev. P. Abb. Galletti.*

MEMORIAE
HERMETIS . AVG . L
A . SACRARIO . AVLVS . AVG
L . FECIT . CONTVBERNALI
CARISSIMO . B . M . VIX
ANN . XXXIII . M . VIII . D . II

7 *E ſchedis meis. In parva Urna.*

D . M
IRENEOS
CAES . N . SER
C . SALLVSTIVS . LIVIAN
M . CHO . V . XII . D . S . F

O loco V veruſtiſſimos Romanorum uſurpaſſe tradit Priſcianus Lib. I. ex Papiniano, & maxime digamma antecedente hoc feciſſe.

8 *Regis Lepidi. E ſchedis Stoſchianis.*

IVLIA . LYCCE ....C . IVLIVS
HILARIONIS ..... EVPHEMVS
CAESARIS . CVBICVLAR
VIXIT . ANNOS . XIIIX

In poſtica facie.

LAVRETI
VS . PETVS
RESTAVRAVIT

Mur. CMVI. 5. non meminit epigraphen, poſticæ partis, quæ hic exhibetur.

9 *Ex Diario Lapid. Rev. P. Abb. Galletti. pag. 71.*

LENEO . AVGVS . L
PROCONS
PATRIMONI . ET . ERE
DET . DOMITIAE . PHYL
IDI . L . DOMITIVS . LENVS

Variant apud Gruter. DLXXXIX. 12. Legg lin. 3. & 4. ET. HERED. ET. DOMITIAE.

10 *Romæ In Noſcomio Conſolationis Ex Marangonio in lib.* Le coſe Gentileſche *p. 196.*

LVCIDAE
AVGG . VERN
MARITAE . INCOMPARABIL
QVAE . VIX . ANN
XXXIII . M . II . D . XXV
CATERVARIVS
AVGG . LIBEX *
TABVLAR
DVLCISSIMAE . CONIVG
CVM . QVA . SINE
DISCORDIA . VIXIT
ANN . XV . M . XI . D . XV

Maritæ pro *Uxori* ut ex aliis Gruterianis DCCLXXVI. 14. DCCXXIX. 11. & ſeq. * Forſan *Libertus*.

1 *Romæ*
Ex Sponio Miſc. Sect. VI.

C . OCTAVIO . C . L . HERBASIO
AVG . NOST . DISPENSATORI
C . OCTAVIVS . C . L . VERECVNDVS . OL . D
C . OCTAVIVS . C . L . TRETRAX
AVGVST . PISTOR
C . IVLIVS . C . L . ILA
AVG . FABER

In fin. lin. 3. OL. D. *Ollam dedit.*

2 *Cortonæ*
In Domo DD. Marchionum de Venutis
Exſcripſit V. Cl. Philippus Venuti.

D
M
SOTER . SERVVS . PVBLICVS
CASTELLAR . AQVAE . ANNONIS
VETERIS . FECIT . CONIVGI . BENE
MERENTI . ET . L . CALPVRNIVS
FLAVIANVS . MATRI . BENE
MERENTI . SIBI . ET . SVIS
POSTERISQ . EORVM

3 *Ex Marm. Salonitanis pag.* XVIII. *n.* 1.

C . ORCHIVIO . AMEMPTO . DECVR . ANN . XIIX . ORCHIVIA . PHOEBE
MATER . FECIT . SIB . AMEMPTO . CESARIS . AVG
DISP . CONIVGI . ET . LIBERTIS . LIBERTABVSQ . POSTERISQ
SVIS . ET . EORVM . ET . RHODINO . AMEMPTI . CAESARIS . . . .
IN . FRONTE . CVM . TABERNA . P . LII . IN AGRO . P . XLV , HOC . MONVMENTVM
SIVE . SEPVLCHRVM . REST . EXSTRANEVM . HEREDEM . NOM. SEQVETVR

4 *Ex Muſeo Tuſculano Eminentiſ. Paſſionei*
In urna.

D . M
SALLVSTIO . C . FIASIO
ALVMNO . SVO . B . M
QVI . VIXIT . ANN . V . DO
MITIVS . AVG . N . DISP
RATIONIS . MON . T
E . CVM . SALLVS
TIA . CAELIAN
CONIVGI . SVA
FECER

5 *Reperta Romæ*
ad radices Aventini in vinea DD. Boccapadulium
Ex Paſſioneo Cl. IV. n. 26.

D M
SEPTIMIVS . AVGG . LIB
ALEXANDER . EX
PROCVRATORIBVS
SIBI . VIVO . ET . FVLVI
AE . AFRODITE . VXORI
SVAE , DVLCISSIMAE
X . POSVIT

Eadem ap. *Marangonium* in Libro *Le Coſe Gentileſche &c.* 62. p. 407.

B M

6 *Romæ*
in cippo
Ex Eph. Lit. Flor. Vol. XIV. col. 131.

DIIS
MANIBVS
TAVRIONIS
OPSONATORIS
POPPAE . AVG
C . ENNI . C . F . TER
SCRI . Q . IN . F . P . XX
IN . AGR . P . XX

Mutila apud Murator. CMXVI. 10. *Opſonator*, Græc. ὀψώνης, i. e. qui emit obſonia. Senec. Epiſt. XLI. *Obſonatoribus, Dominici palatus ſubtilis notitia eſt.*

7 *Fori Sempronii,*
Apud Nobiles Paſſioneos.
Ex Paſſioneo : Append. cit. pag. 151. *n.* 4.

D . M
TERTIVS
AVGVSTORVM
SERVVS . ET
AELIA . NICOTYCHE
PARENTES . INFELI
CISSIMI . . . AELIO
TERTIOLO . FILIO
DVLCISSIMO . VIX
ANN . III . M . VIIII . D . XXII

8 *Ex Paſſioneo Cl. IV. n.* 27.
ad fidem Lapidis.

THREPTE . AVG
OPTIMAE
PIISSIMAE
BENEMERENTI
VIX . ANN . XXVIIII
MENS . XI . DIEB . VII
COMMVNIS . AVG
TABVL . ET . VLPIA
THISBE . FECER

Murat. CMXVII. 5. D . M . lin. 5. ANN. XXVIII. lin. ult. FECIT.

9 *Teate*
ſupra portam majorem S. Pauli.
Ex Ephem. Lit. Flor. XV. col. 85.

M . VETTIVS . MARCELLVS . PROC
AVGVSTORVM
ET . HELVIDIA . C . F . PRISCILLA
MARCELLI . S . P . F

Eadem ap. Spon. Miſc. Sect. V.

10 *Romæ*
Reperta in Cœmeterio S. Cyriacæ
rubeis & uncialibus literis exarata
Ex Annal. Liter. Ital. T. II. 450.

TERPSILAVS . AVG . LIB . PROX
A . STVDIIS . SCHOLAM . OFFICII

Proximus a ſtudiis forſan primum in Lapidibus reperitur.

1 *Reperta Romæ*
ad radices Aventini in Pinea DD. Beccapadulium.
Ex Marangonio in Libro : Le cose Gentilesche &c. p. 475.



STAPHYLO AVG . AMANV VERNAE CAPRINE MVNATIA TYCNIA VXOR . EADEM SOROR . PATRVELIS FECIT	MVNATIAE LYCHNIDI SCAEVAEE ANTHEMI VXORII	ANTEMOTI CAESARIS . AVG . L A . RATIONIS ACCENSO . DELAT AB . AVG	Q . MVNATIO SALVTARI QVEM . PRO . FILIO HABVERVN' ANTHEMVS ET . LYCINIA VIXIT . ANN XIIX

2 *Romæ,*
in Pinea Gagia Muggioni
L. paſſ. procul a Porta S. Sebaſtiani via Appia.
Ex ſchedis Stoſchianis.

THYAS AVG . PEDISQVA — SERGIVS APOLLONVS

3 *Signa in Latio.*
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Ital. pag. 362.

DIS . MANIBVS
L . TROPHIMVS . AVG . L
ADIVTORA . RATIONIBVS
FECIT . SIBI . ET . CERVIAE
AELPIDIAE . CONIVGI . B . M
VIX . ANN . XXIV . M . V . D . X
ET . LVCILLAE
FILIAE . SVAVISSIMAE . ET
POSTERIS . EIVS
IN . FR . P . XVI . IN . AGRO . P . X

4 *Romæ*
in Muſeo Ciampinio.
Ex Gorio Inſcrip. Antiq. Par. III. pag. 11.

DIS . MANIBVS
VENVLEIA . CLEOPATRA
FECIT . SIBI . ET
RHODANO . CAESARIS
VERNAE . A . VESTE . REGIA . ET
SIC . GRECVLA . CONIVG . BENEMER
ET . LIB . LIBERTABVS . POSTERISQ
SVORVM
Mendoſa apud Grut. DLXXVII. 7.

Fori Sempronii,
apud Nobiles Paſſionæos.
Ex Paſſioneo Append. cit. p. 150. n. 2.

D . M
M . VLPIO . AVG . LIB . PARIDI
AVGVSTANO
A . FRVMENTO . CVBICVLARIORVM
ET . VLPIAE . ISOCHRISAE
M . VLPIVS . M . F . IVLIANVS
PARENTIBVS . OPTIMIS . FECIT
ET . M . VLPIO . SOTERICO . ET
LIB . LIBERTABQ . POSTERISQ
EORVM

5 *Puteoli Reperta.*
Ex Ephem. Lit. Flor.
T. XVI. n. 15.

D . M
T . FL . VERO . AVG
LIB . TAB . RAT
AQVARIOR
COIVGI . BENE
MERENTI
OCTAVIA . THE
TIS . FECIT

6 *Ex Paſſioneo Cl. IV. n. 28.*
ad fidem Lapidis.

D . M
ZOSIMO . CAESARIS
VERNAE
MINISTRATORI
FECIT . DOMITIA
HVGIA . CONIVGI
SVO . B . M
V . A . XXXV

Murat. CMXX. 3. l. 6. HVGIA. In Fabretto p. 322. n. 359. deeſt lin. 6.

7 *Romæ*
Ex Sponio Miſc. Sect. VI.

D . M
M . VLPI . AVG . LIB
EVTYCHI
TABVL . VIAE . APPIAE
VIX . ANN . XXXX
FLAVIA . DAPHNE
CONIVGI . B . M
FECIT

CLASSIS XIII.
ARTES ET OFFICIA MINORA.

1 *Ex Amplifs. Joh. Nic. ab Hontheim in cit. Oper. Claſſ. III. 189. n. 5.*

AEMILIVS . EPICTETVS
SIVE . HEDONIVS . GRAM
MATICVS . GRAECVS . PRI
MANIAE . LANVARIAE . CON
ſtE M . SANCTISSIMAE . DEFVNCTAE
ET . SIBI . VIVVS . FEC

Lin. 4. forſan *Januariæ Conjugi*. Hoc titulo probatur falſifactum fuiſſe deſiderio *Gratiani* Auguſti. Lib. III. tit. 3. leg. 2. Cod. Theodoſ. *de Grammatico Græco* in Clariſſima Trevirorum Civitate pro publico Præceptore deputando.

2 *Ex Paſſionco Cl. V. n. 4. in cit. Lib.*

D . M
AVRELIVS . DIONY...
FECERVN̄
NAVIVI . SIBI . LIBER. .
BERTARVSQVE . POS . . . .
RIFECIT . AVRELIVSD. . . .
VS . CVSTOS . OFFICIAM . . .
LIA . PELAGIA . VXORE . EXPEN..
LIBERTIS . LIBERTABVSQ. .

3 *Ex Paſſioneo Cl. V. n. 3.*

C . ANNIO . C . F . POL
PRISCO . EPERODIA
SCR . LIB
CORNELIA . Q . F . MARCELLA
MATER . FECIT
Q . TITIVS . TERENTIVS . FLORINVS
LOCVM . SEPVLTVRAE . DEDIT

POL. i. e. *Pollia Tribu*. EPERODIA forſitan legendum EPORE DIA, ut in variis Inſcript. ap. Grut. & Murat.

4 *Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam pag. 192.*

P. AELIVS . AGATHEMER
AVG . LIB . MEDICVS . RATIO
NIS . SVMMI . CHORAGI
FECIT . SIBI . ET . AELIAE . IORTE
CONIVGI . BENEMERENTI . ET
LIBERTIS . LIBERTABVSQVE . SVIS
. . . . . .
POSTERISQVE . EORVM
. . . . . .

Choragium, teſte Polluce IV. 5. *eſt locus ipſe in quo choragi apparatus eſt*: i. e. amplum ædificium poſt ſcenam, unde præmanantur omnia ad ludos neceſſaria. *Vitruv. L. V. c. 9. & L. X. cap. 13. Summum choragium* erat pone Amphitheatrum, inſignioribus ſpectaculis deſerviens. Profecto in antiqua Deſcriptione Urbis Romæ edita in Nov. Theſ. MMCXXVI. ex Vaticano Codice millenariæ antiquitatis n. 3321. locatur in III. Regione ab Amphitheatro non multum diſtans. Nam ibi ita legitur PRAESENTIS SVMVM CHORAGIVM, & in edit. Cl. Philippi Labbei PRAESENTISSIMVM.

5 *Roma*
Effoſſa prope S. Praxedis in Foro S. Mariæ Majoris, Hodie in Atrio prope Sacrarium ejuſd. Baſilicæ.
Ex Maranzonio in Lib. Le coſe Gentileſche &c. *cap. LXXXII. pag.* 478.

In Sepulchrali Ara.

Hinc laurea Corona . . .

AMPIVS . CASSINVS
EVOK . AVG . N
CLAVDIAE . PRIMAE . MVLI
ERI . SINGVLARIS . ADFEC
TIONIS . ET . INDVSTRIAE
ERGA . SE . ET . REM . SVAM PER
ANNOS . XXII . HONORIS
CAVSA . PRO . MERITIS . EIVS
VT . VXORI . FECIT

6 *Piſauri*,
in Villa Gavardina.
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. per Italiam pag. 179.

L . ACVTIO
ARTEMIDO
RI . P . TRYPHONI
RETHORI
CECROPS . AMPHIO
LIBERT
B . M . R

Mur, CMXXIV. 5. lin. 3. habet F. pro P. & lin. 4. CEPROPS.

7 *In Sepulchro Libertorum Liviæ Aug. Ex Vignolio, & Tratillo in lib. cui Titulus* La Via Appia *Lib. I. Cap. I. p.* 13.

ATTICVS
LIVIAE
STAT . DEC

Id eſt, *Stratorum Decurio, Strator*, Græce ἀναβολεύς erat ſervus a pedibus Italice *Palafraniere*, qui equum Domini ſella inſternit, ipſumque in equum ſuſtollit. Spartianus in *Caracalla* cap. VII. Ulp. de Off. Proconſ. Lib. IV.
Hujuſmodi munus tempore belli obibant Milites, qui Stratores, ſeu Inſtructores militares appellabant. Rodigin. Lection. Antiq. L. XXII. C. 111.

8 *Ex Marm. Salonitanis pag. XX. n. 6.*

D . M
C . ACRIVS
PLOCAMVS
C . ACRIO
CLARO
PEDAGOGO
B . M
T . F

1 *Beneventi*
Ante Ædes Marchionis Pacca.
Ex Joh. De Vita
Inscript. Benevent. XXXVI. 12.

T . ASINIO . T . L . ANT
OCHO . VESTIAR
SIBI . ET . SVIS
ERONI . ET . STEPHAN . LIB
IN . AGR . P . XII . IN . F . P . XII

Vestiarios appellabant antiqui, qui vestes conficiebant aut mercabantur. A diverso earum genere adjectum accipiebant, & ita in lapidibus apud Thesaur. Murator. (CMXLVI. 1.) reperiuntur. Vestiarii Centonarii & Vestiarii Tenuarii apud Donium Cl. VIII. n. 35. de quibus ibi V. C. Gorius erudite differit. Et Murator. loc. cit. inquit : *Notum est*, Centones *fuisse vestes, stragula, aliaque id genus vilia, ex veteribus vestibus farcita.*

2 *Romæ*
effossa an. Ch. 1727.
Ex schedis Stoschianis.

ARSINOE . CARIPI . TABVL
C . CAESERIS . VERNA
ANNORVM . XXII

Varians ap. Murat. DCCCLXXXVIII. 7. lin. 1. SCARIBI, lin. 3. ANNORV.

3 *Romæ*
Ex Jo. Marangonio P. Cl.
Memorie Sacre, e Profane dell' Anfiteatro
Flavio &c. pag. 77.

L . ARMODIO . L . L . NICEPHORO
MARMORARIO
L . ARMODIVS . L . L . SYNTROPIVS
FECIT . SIBI . ET . SVIS
LIBERTIS . LIBERTABVS . POSTERISQVE . EORVM
ET . AQVILIAE . C . ET † L . FELICI . VXORI . SVAE

Gudius CCXI. 4. lin. 3. SYNTROBIVS pro SYNTROPIVS, & ult. CETILE pro C. ET † L. in scholiis hæc fundit „ Habet Fabrett. III. 463. 195., qui hanc ab Holstenio suppletam se „ accepisse dicit, differt tamen versus ultimus, nam pro „ CETILE habet C. & T. L. *vel.*

4 *Florentiæ*
Ex Cod. Biblioth. Nobb. Gaddiorum
Ex Gorio Inscr. Antiq. Etr. Par. III. pag. 135. *n.* 149.

D . OSSVAR . M
CN . ACCEII . CN . L
FELICIS . PVLLARI
VIX . AN . XXXIII . MENS . IV . D . X

5 *Spalati ad S. Martinum.*
Ex Marm. Salonitanis pag. XIX. 1.

D . M
A . ATIVS . CAIVS . ARCHIATER
SIBI . ET . IVLIAE . PRIMAE
CONIVGI . INCOMPARABILI
V . S . F

Forsan *Vivus sibi fecit*. Mur. CMXXXIX. 3. lin. 2. C . L . pro CAIVS, & Siglas V . S . F . omittit.

6 *Brixiæ*
ad Ecclesiam Reformatorum.
E schedis Petri Gnocchi.

ACCEPTO . CHIAE
SERVO
LANARI . PECTINARI
SODALES . POSVERE

Grut. DCXLVIII. 2. l. 1. ACCEPTONIAE. at in reper. edit. uti in nostra lin. 3. LANARII. i. e. qui lanas pectunt. Vid. Salm. ad *Hist. Aug.* I. 270. edit. Paris. Hæc in Cyriaci Nov. Fragm. pag. 66. n. 186. recte convenit cum nostra.

7 *Apud Heredes q. Archiepiscopi*
Kadrich ex ruinis Salonarum.
Ex Marm. Salonitanis pag. XIX. n. 2.

D . M
AVRELIO . EVTICI
ANO . INFELICISSIMO
EXCVRSORE . PRAV
ATO . QVI . CONFICIT
SVB . DIE . MILIA . XCIV
QVI . VIXIT . ANNOS
XXV . MENSES . DVO . DIES
VIII . AVRELIVS . GRECIO
FRATRI . PIENTISSIMO
HANC . MEMORIAM
POSVIT

Lin. 3. leg. *Privatus.*

8 *In arca lapidea Castri Archiepiscopalis*
S. Georgii.
Ex Marm. Salonit. pag. XIX. n. 3.

AVR . PECVLIARIS . MAGISTER
CONQVILIARIVS . ET . AVR . VRBICA
VIVI . SIBI . POSVERVNT . SI . QVIS
AVTEM . . . . VMINO . STRVMALI
. . . . . REVOLVERIT . INFE
ARCENT . PONDO . Q . . . . N

9 *Ex Marm. Salonitanis pag. XX. n.* 8.

FLORINO . FELICIO . COS . AVG
FELICIVS . DIODORVS . NEP . EX
TEST . IPS . F

10 *Effossa in agro Romano.*
Hodie Romæ ad S. Pauli.
Ex Symb. Litter. Vol. V. pag. 22.

D . M
TI . CLAVDIVS . DOCIMVS
FECIT . SIBI . ET . SVIS . LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
POSTERISQ . EORVM
NEGOTIANS . SALSAMENTARIVS
ET . VINARIARIVS . MAVRARIVS

Negotians Salsarius apud Grut. DCXLVII. 1. *Vinarius* CDXXX. 1. DCXXIV. 5. DCXLV. 10. 11.

1 *Ex Sponio pag. 220.*
Et ex Basio Caryophilo.
De Marmoribus Antiq. p. 76.
edit. Trajecti ad Rhenum 1743. in 4.

AVREL . LEONT
QVI . VIXIT . ANN
XVIII . M . VII . D . V
ARTIS . CARACTE

In hac Inscriptione mentio cuiusdam ex iis, qui artem inculpendi lapidum characteres profitebantur.

2 *Ex Gorio Inscr. Antiq. Etr. Par. III. pag. 130. n. 141.*

D . M
FL . AQVILIO
HEDONI
CANDELABRARIO
VIXIT . AN . XXXIII
MENS . IV . D . X

3 *Comi*
Ex Cl. Zacharia Excurs. Litter. per Italiam pag. 94.

D. M.
CAESENNI . EVGENI
MENSORIS
PVBLICI
FLORENTIVS
LIBERTVS

4 *Spalati, in Cœmeterio S. Domnii*
Ex Marm. Salonitanis pag. XX. n. 7.

ACRIAE . IANVARIAE . DEF . ANNIS
XXXXI . FIL . VERGINAE . ET . CONIVGI
INCOMPARABILI . CVM . QVA . CONCORDI
TER . EGIT . SINE . QVERELA . PER . ANNOS . XXVI
M . IVL . FELIX . AB . RATIONE . FISCI
VIVVS . POSVIT . VIVAS . QVI . DIXERIS . VIVIT . ELYSIIS

5 *Apud Mediolanum extra Portam Comensem in S. Simpliciani.*
Ex Cyriaci Nov. Fragm. p. 33. n. 69.

Q . VIRI . SEVERINI
ATTIA . SEVERINA . ET . Q . VIRIVS
ONESAS . PARENTES
RAPTVS . EGO . SVPERIS . PATRIBVSQVE . ABLATVS . INIQVE
CVM . FRVI . DEBVERAM . AETATE . FLORIDA . LVCE
HIS . REQVIESCO . LOCIS . VITAM . CVI . FATA . NEGARVNT
PRAECIPITEM . ME . MET . SVPERI . MERSERE . SVB . AVLAS
AC . TVMVLO . CLVSERE . GRAVI . VSVS . ET . ARSQVE
MIHI . FVERAT . STVDIOSO . CORDE . REPERTA
MAXIMA . QVADRIPEDVM . CVRA . STVDIA . QVOQVE . PLVRA
FVERVNT . INGENIO . SEMPER . PLENVS . PROBITATE . BEATVS
VT . QVANDOQVE . SIMVL . PATRIBVS . FINITO . LIMINE . VITAE
MANIBVS . HIS . QVIETI . PARITER . SOCIAVIMVS . VNA
QVISQVE . LEGIS . DOLEAS . DEVITES . TALIA . FATA
QVI . VIXIT . ANNOS . XXVIIII . MENS . V . D . V
ET . ATTIO . EPICTETO . LIBERT

Gruter. DCLVI. 2. ex Aleiato, & Aplano ponit Romæ in S. Simpliciani; iteruraque MXXXVIII. 4. tres priores versus, & inquit: *Rome in Claustro D. Simpliciani Columnacii, in quadam statua, ubi sculptus vir tegatur cum fune in manu, ad cujus pedes adsunt.* At ut verum fatear non Romæ, sed Mediolani diruta est Ecclesia D. Simpliciano, & Aleiatus non Romanos sed Mediolanenses collegit titulos, ubi lin. 3. legit O. NEFAS. quam lectionem sequuti sunt Clariss. repetitæ Gruterianæ edit. Auctores, & Fabret. *Inscr. Dom.* cap. 3. p. 228. ubi ait: *Interjectio tantum illa* O. NEFAS *dubium non est, quin ad inficetatem referatur in hac Gruteriana* MXXXVIII. 4. *quæ licet portio dubia sit duplicata alterius longioris* DCLVI. 2. *ea tamen per istiusmodi anda est, ubi tertia linea habet* ONESAS *loco* O. NEFAS. Ac Bonada Cl. IX. n. 25. legit O. NESAS notans: NESAS *pro* NEFAS *vox frequenter obvia in puerorum, & adolescentium titulis sepulcralibus.* At ego cum Cl. Oliverio 1.2 ONESAS *Virii* cognomen esse censeo, uti ex Cyriaco, & Aleiato puto. Gruter. lin. 15. ANN. XXVIII. MEN. I. D. XV. & lin. ult. deest ET.

6 *Romæ,*
in Villa D. del Cinque.
Hodie Pisauri
in Museo V. Cl. Annibalis
de Abbatibus Olivertis.

CLADVS
MESSALA
VILICVS
SVPRA . HORTOS

7 *Ex Hist. Liter. Ital.*
Vol. XIV. pag. 97.

FA . CRYSOROTE
COCAIVS . DERISOR
fic LIBA . RTIS . LIBAR

Derisores etiam dicuntur Conviviorum scurræ. Vid. *Plaut.* Capt. I. 1. 3. Item mimi. Martial. L. 1. *Epigr.* 5.
Quæ Thymelem spretas, derisoresque Latinum,

8 *Pisauri in Museo Amplissimi Viri*
Joh. Baptistæ Passeri.
Ex Cl. Zacharia Excurs. per Ital. p. 14.

D . M
TI . CLAVDI . SOTERIS
PICTORIS . QVADRI
GVLARI . CARISIA
IVCVNDA . FECIT
SIBI . ET
CONIVGI . BENEMERENTI

1 *Ex Paſſioneo Cl. V. n. 5.*

D . M
BOCCHONIE . CH
RYSIDI . QVE . VIX
IT . ANN . XLV . FEC
IT . BOCCHONIA
CLEMENTILLA
ALVMNA . INAR
IOLA . IN . FR . P . XIIX
IN . AGR . P . VIII

2 1 *Romæ*
Olim in Templo S. Mariæ in Domnica.
E ſchedis Conſtantini Galletti.

DIS . MANIBVS
M . CAECILIO . M . F . Q . N
PAVLINO . A . LIBELLIS
FISCI . Q . VIX . ANN . XXXII
M . X . D . XV . C . ANTONIVS
APPVLEIVS . AMICO . OPTVMO
B . M . P

3 *Romæ*
effoſſa in Villa Pilucchi.
Ex Hiſt. Liter Ital. Vol. XIV. pag. 92.

Q . COSPIO . Q . L . PHYL
ſic PEDAGO . ET . CESTIO
PHYLACIONI . VIX
A . VIIII . CESTIA . EPI
PHANIA . FE . VI . S . ET . F

Lin. 1. *Phylacioni* l. 2. *Pedagogo* , l. ult. *Fecit Vire ſuo & Filio.*

4 *Beneventi*
Sub Arcu Pontis Leproſi.
Ex Joh. De Vita l. c. XXXIV.

C . CONCORDIVS . SYRIA
CVS . EQ . R . COMM . REIP
BENEVENT . MVNERARIVS
BIDVI . POETA . LATINVS . CO
RONATVS . IN . MVNERE . PA
TRIAE , SVAE , ET . VIBVS
SIBI . FECIT , QVI . VIXIT
ANN . LVIII . M . VI . D . XII
HOR . III

5 *Beneventi in Turri S. Sophiæ.*
Ex Joh. De Vita l. c. XXXV. 6.

Q . CAESELLIVS . Q . L . SVRVS
MERCATOR
DOMATIA . D . L . FAVSTA
C . DOMATIVS . D . L . PHYLAX
MERCATOR
Q . CAESELLIVS . SVRVS
VIVI . SIBI . ET . SVEIS

Q . CAESELLIVS . D . L
PAMPHILVS . PATRONVS
DOMATIA . D . L . TALIA
PATRONA
ALBANVS . DELICIA
ET . DOMATIA . TALIA
FECERVNT

6 *Romæ*
in Muſeum Paſſerium translata.
Ex Paſſerio Oſſervazioni ſopra alcuni Monumenti del Muſeo Nani. *Sez. IV. p. XLVI.*

TI . CLAVDI . SOTERIS
PICTORIS . QVADRI
GVLARI , CARISIA
IVCVNDA , FECIT
SIBI . ET
CONIVGI . BENE
MERENTI

Literæ omnes in Marmore ſunt rubricatæ excepto τῷ SIBI . ET quod minori characˆtere adjectum fuit .
Obſerva hic figura commatum lin. 3. & 4. (nunc virgulæ appellantur) ut ap. Murat. MCXIX. 9. & in aliis Lapidibus.

7 *Romæ*
in Muſeo Pectorio.
L . CANINIVS . L . L . PHILOMVSVS
SVPRA . IVMENTA

8 *Ex Paſſioneo Cl. V. n. 21.*
Ara.

C . COMISIO . HEL . PISTO
V . A . IIII . M . III
COMISIA . C . F . DELICIO SVO

9 *E ſchedis Stoſchianis.*

N . DECVMIVS . N . F
COL . VAARVS . SCR
VOLVSIA . C . L . CELSA
C . VOLVSIVS . C . L . CHARIT
IN . FR . P . XIII . IN . AGR . P . XVI

10 *Interamnæ,*
apud Marancollios.
Ex Cl. V. Joh. Bapt. Paſſerio.

L . DEPIO . CIOS . CVRATOR
ALVEI . ET . RIPARVM . NARIS
NONIA . VIBIA . V . B

1 *Civiticulæ*
In marmore.

. . ANIO . DIONE . ARCI . . TECTO . .

Hæc *Dio Architectus*, cujus non meminit *Franciscus Junius* de Pictura Veterum, Hæc edita est in Annal. Lit. Ital. T. 1.

2 *Romæ*
Ex Ephem. Lit. Flor. T. XV. 503.

C . ENNI . C . F . TER
SCRI . Q . IN . F . P . XX
IN . . AGR . P . XX

3 *Beneventi*
Prope forum Venale Via inferiori.
Ex Joh. De Vita.
Inscript. Benevent. XXXV. 8.

D . M
ET . MEMORI
AE . EPIGONI
ACTORIS
FIDELISSIMI

Actores Servi (inquit Joh. De Vita) *rationes Domini agebant, actumque aliquem gerebant: Qui igitur servi frugi erant, a Dominis in fundos, & prædia mittebantur, ut iis præessent, familiæ imperarent, reique rusticæ rationes administrarent, ut colligitur ex Plinii Lib. III. ep. 19. quo in munere ita probe & solerter se gessit Epigonus, ut a Domino* (cujus nomen lapis silet) *monumentum, ac præterea Fidelissimi encomium promeruerit: non uni autem Servi Actores, sed etiam Ingenui, nec privatorum duntaxat, sed Domus Augustæ, de quibus agit* Reines. ep. 35. ad Rupertum. *Erant etiam Municipiorum, Societatum, & Corporum Actores, ac præterea qui a Tutoribus, Curatoribus se litium causa decreto Prætoris constituebantur, quorum inter alios meminit* Apollonius ad Galat. IV. *Sed Actorum genera omnia, atque munera egregie exequitur Brissonius* de V. S. lib. 1.

4 *Romæ*
ad S. Pauli
Ex Symb. Litter. Vol. V. pag. 23.

D . M
M . VL . EPACATHI
ONI . VNCTORI . M . VL
ERMES . SODALI . BE
NE . MERERENTI . FE
CIT

Albani
5 *Ex Cl. Zacharia Excurs. Litter. per Ital. pag.* 362.

DIS . MANIBVS
T . FLAVI . AVG . L . FORTVNATI
CAES . N . TRICLINIARII
EX . DEC . III
ATTIA . CORNELIA . FILIA
CALAMITOSA . PATRI . KARISSIMO
BENEMERENTI
MVLTIS . CVM . LACRVMIS
FECIT . MEM

6 *Panormi*
Olim Syracusis, hodie
in Musco Salnitrano
Ex V. C. Gabr. Lancellotto Castello Inscr.
di Palermo p. 39. *n. LXXI.*

D 6 M 6
EROTI . IVNI . IVLIANI . PRO
COS . SER . CVBICVLARIO
IVNIVS . ALCIBIADES . BENE
MERENTI . FECIT
VIXIT . ANNIS . XX

Hæc ap. Lupium in *Epitaph. Severæ. M. §. VIII.* Tab. X. p. 60. Ubi observat notam illam pro puncto simplem esse notæ Arabicæ 6. quam neglexit Murat. CMLI. 3. contra fidem Lapidis. Notatu digni sunt etiam accentus graves. Vid. differt. *de Numeral. notar. Mensfeldarum origine &c.* apud Cl. Calogiera *Opuscul. &c.* T. XLVIII. Accentus sunt etiam in Cenotaphiis Pisanis.

7 *Beneventi*
In diruta Æde S. Petri extra mœnia.
Ex Joh. De Vita.
Inscript. Benevent. XXXVI. 9.

L . HERENNI . FVSCI
VETERANI
MESORIS . AEDIFICIOR
IVNIA . RVFINA . CONIVGI . INCOM
PARABILI . ET
HERENNIVS . FVSCVS . PATRI
RARA . EA . DEFECTION . . . . . .
. . . . . .

8 *Romæ*
Ex Sponio Recherches d'Antiquité
Dissert. XVIII. p. 244.

HERIAE . THISBE
MONODIARIAE
T . CLAVDI . GLAPHYRI
CHORAVLAE
ACTIONICAE . ET
SEBASTIONICAE
TERRENVM . SACRVM
LONGVM . P . X . LAT . P . X
IN . QVO . CONDITA . EST
FODERE . NOLI . NE
SACRILEGIVM . COMMITTAS

9 *Romæ*
nuper reperta.
Ex Ephem. Lit. Flor. T. XIII. 722.

ISTABERIVS . EPIGONVS
VIATOR . CONSVLARIS
SIBI . ET . SVIS . ITEM . LIB . LIBERTABVS
POSTERISQVE . EORVM
VIXIT . ANNIS . LXXXIII
MENS . II . DIEBVS . XX

1 *Romæ nuper reperta.*
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XIII. col. 663.

D . M . FEC
IVLIA . L . F
LVCILLA
DIADVMENO
L . PEDAGOGO
B . D . M

2 *Ex Passionco Cl. V. n. 19.*

D . M
Q . CAELIO
VRBANO . FR
Q . CAELIVS
FELIX . FILIVS
PATRI . B . M . F
ET . LIBERTI
EIVS . 7

3 *Volaterris*
In Museo Guarnaccio
Ex Gorio Inscr. Antiq. Etr. Tar. III. pag. 255. n. 314.

C . IVLIVS . C . L . AQVA
DAMA . M . ALF
VIXIT . AN . L . ANCIL

Ibidem.
Ex Eodem, l. cit. n. 316.

T . MANLIVS
FELIX

4 *Romæ*
In Museo Colleg. Rom.
Ex Bonada CL. V. p. 436.

GRAMMATICVS . LECTORQVE . FVI
SET . LECTOR . EORVM . MORE . INCOR
RVPTO . QVI . PLACVERE . SONO . COIVGIS
EXIGVO . NATAE . PIETATE . SEPVLTVS
HOC . MARIVS . FIDENS . CONTEGOR . A . TVMVLO
V . MARIA . DIDYME . MARIA . ACHELOIS
VIVIT
TII . LAPIS . OPTESTOR . LIIVITIIR . SVPIIR . OSSA . RIISIDAS

Ex Lapidibus, & Historia noti sunt *Servi Lectoris*. Confer Suet. in *Aug.* & Blanchin. in *Sepulchr. Fam. Aug.* pag. 42. & Bonadam *Anthol.* Vol. 1. Class. V. pag. 436. Duplex II pro E non raro a veteribus usurpatur. Maffei. *Inscr. Ver.* CCLVIII. 3. v. 8. OPTIISTOR. Hæc ap. Gor. *Inscr. Antiq. Etr.* Par. III. p. 113. qui dicit *Romæ effossa prope S. Cæsarii*.

5 *Florentiæ*
In Horto Excellentiss. Principis Corsini.

HELPIS . LIVIAE
AD . VALETVDINAR

Forsan *Adjutrix Valetudinaria* i. e. Clinica.

6 *In oppido Manauna Mauritaniæ.*
Ex Ephem. Lit. Flor. V. XXIV. col. 101.
In marmorea Capsa Sepulcrali.

HIPPOCRATIS . MEDICI
BODMILKARIS . F

Alius Medicus apud Grut. MCXV. 4. cognomento Hippocrates.

7 *Ex Passionco Cl. V. n. 11.*
in cit. Opere.

DIS . MANIBVS
IVLIAE . TYCHE
CONTVBERNALI
ET . PRIMIGENIAE . F
ANICETVS
C . IVLI . THEOPHILI
DISP . ET . SIBI
C . IVLIO . ANICETO
IN . SVO

In Basi.

C . OCTAVIO . APTO . IVLIA . APHRODITE

8 *Mediolani.*
In Æde S. Simpliciani ad columnellas Claustri marmoreas.
Ex Cyriaci Nov. Fragm. p. 34. n. 72.

(V F)
AVE . ALCIME . BENE . TIBI . SIT

D . M
C . IVLIO . ALCIMO
RAVENNATI
COMPARATOR
MERCIS . SVTORIAE
ET . VIRIAE . MARCELL
CONIVGI . OPTIMAE
ET . HERMIAE . LIB . ET
CAETERIS . LIBERTIS
LIBERTABVSQVE . MEIS
ET . VIRIAE . MARCELLAE

H . M . H . N . S

Grut. DCXLIX. 2. ex Apiano, & Alciat. Cod. lin. 10. HERMINIAR. l. 12. LIBERTABVS. QVE. & aliter distinguit versus, Item Rub. Hist. Rav. L. 1. p. 4. In Murat. CMLIX. 4. desunt duo primi versus. lin. 6. COMPARATORI. l. 8. MARCEL. l. 11. CETERIS. l. 12. LIBERTABVSQ. alias a nostra distributis versibus. Hermiæ servile Liberti nomen retinendum est, uti in Cyriaco, & probat Holsten. in *Addend.*

1 *Ex Paſſioneo l. cit. n. 12.*

D . M
TI . IVLIVS . SEIVS
FELICIAE . ALVMNAE
SVAE . QVAE . VIXIT
MENSIBVS . VIIII
DIEBVS . XXIII . BENE
MERENTI . FECIT . HEI
ET . SIBI

ET . EVTYCHO . CON
CELL . ET . FVRNARIO
B . M . VIX . AN . XXIII
D . XV

2 *Roma*
In Vinea Principum de Caſarinis.
DIVI , NERVAE , ADNEPOTI : INDVLGEN
tissimo . ET . CLEMENTISSIMO . PRINCIPI
domINO . NOSTRO . RES . P . PANORM
II . VIR . P . SATYRI . DONATI . ET . M . MAECI
IVFINI . D . D

Varians ap. Reinef. pl. III. & apud Spon. *Miscell. Ero.* Sect. V. p. 176. n. 3. plenior, quare ex eo malui hic supplere (quamvis aliter versus distinguar) ut facilius legatur *Turisfontiana.*

1 *Pisauri*
In Musæo CL. V. Hannibalis de Abbatibus Olivieri.
Ex Hist. Lit. Bal. pag. 666.

. . . . . .
FILIO
DVLCISSIMO
L. ATTILIVS
FANEST..
ET. AVFI...

2 *Romæ*
In Vineâ DD. Naniam Viâ Salariâ repertâ.
Ex Marangonio loc. cit. Cap. LXXXIX. pag. 470.

D . M
IVLIO . CONCESSO
VETERANO . EX
EVOCATO . NATI
ONE . RETVS . VIX
IT . ANNOS . XLVIII
FECERVNT . VINCE
NTIVS . NEPOS . ET
AVRELIA . MARINA
COIVX . B . M . FE
CERVNT

Ad. dex. Amphora, ad sinistr. Patera.

3 *Reperta*
In Villa D. Joh. Gratiani P. Arimin. J. U. D. in monte Compatro *XVI. m. p. ab Arimino.*
Ex Ephem. Lit. Flor. Vol. XIX c. 335.

D . M
PARTHENIO . ARCARIO
REI . PVBLICAE
LAVICANORVM
QVINTANENSIVM

Ap. Mur. MLXII. 3. lin. 2. PARTHENIO. l. 4. QVINTANNENSIVM.
In *Itinerar. Antonino* tributo (inquit Murat.) reconsetur locus *ad Quintanas* XV. m. p. ab Urbe. Ibi oppidum *Labici*, sive *Lavicum* fuisse videtur, colonia olim Romanorum.

Ibidem. Ex eisdem.
D . M
Q . PABIVS
DASVMVS
QVINTIANVS

Ibidem. Ex eisdem.
EX . PREDIS *sic*
QVINTANENSIB
AGATHYRSVS . AVG . LIB

Murat. CDXCVI. 7. EX . P . R . QVINT . AGATHYRS &c.

4 *In Agro Ravennati ad Classem erutâ.*
D . M
Q . CRISPI
HERACLID
III . MARTE
*NAT . BITHYN
CIVIT . PLVSIDAA
VIX . AN . XL
MIL . AN . XXII
IER . Q . CRISPI
VS . MAXIMVS
FILIVS . ET
IVLIA . MAXI
MA . CONIVNX
B . M . P

* Nat. Bithyn. Civit. Plusiada. *Prusiada* pro *Plusiada* legendum fortasse est; arbitramur enim commutatam fuisse literam R. in L. quod insolens minime est in veteribus monumentis. Ἐκκλασις liquidarum R. & L. usitatissima est non tantum Græcis, sed & Latinis, inquit Reines. *Syntag. Inscript. Antiq.* Class. II. 24. Est vero Prusias, unde existit *Prusiada* urbs in Bithynia, quæ maritima est, quæque confundi non debet cum Prusa Civitate in mediterraneis ad Olympum Bithyniæ sita, neque cum alia ad Hypium dicta, quemadmodum demonstrat Salmasius ad Solinum c. 42.

5 *Catanæ*
In Musæo Biscario.
Misit Excell. Princeps Torrismutia P. C.
D . M
C . VALERIO . C . F
MESSEANO . NAT
ERISAO . V . A . XVIIII
C . VALERIVS . MESSOR
PATER . FILIO . FACI
ENDVM . CVRAVIT

6 *Romæ*
Ex Eph. Lit. Flor. XIII. 772.
M . AVRELIVS . AVG . . . . . .
CEIONIA . REGINAL . T . . . . . .
PANORMVS . VICTO . . . . .
FILII . MEMORIAM . A . . . . .
SIBI . ET . LIBERTABVSQVE . . . . .
FAMILIA . SVA . POSTER . . . . . .
AVRELIO . APOLAVS . . . .

In altera facie.
. . . . . M
. . . . . RISCVS . BIBVS
. . . . . BERTIS . LIBER
. . . . . ERISQVE . EORVM
. . . . . ESILAO . AMICO
. . . . . BERTIS . LIBER
. . . . . STERISQVE
. . . . . VM

7 *Brixiæ in platea.*
E schedis Petri Gnocchi.
M . NONIO . M . F
FAB . MACRINO . COS
XV . VIR . SACRIS . FAC . PR
LEG . AVG . PR . PRAET . PRO
PANNON . INFERIOR
L . VSSIVS . PICENTIN . COMIL
PRAESIDI . OPTIMO . ET
RARISSIM

Grut. CDXLI. 10. lin. 5. PANNONI. & lin. 6. COMMIL.

8 *Ibidem. Ex iisdem.*
M . NONIO . M . F
FAB . MACRINO
COS . XV . VIR . SACRIS
FAC . LEG . AVG . PROPR
PROV . PANN . SVPER
IVLIVS . IVLIAN . TRIB . COH
PRIM . PANN . PRAESIDI
OPTIMO

Gr. MXCVII. 8. lin. 3. COS. XVIR, lin. 4. PRO. PRAE, lin. 5. PAN. lin. 6. T. IVLIVS. IVLIANVS. TRIB. COL.

1 *In regno Tunetano, in oppido Turza, hodie* Bousha. *Ex Shawio loc. cit. Vol. I. pag. 230.*

CATIO . ALCIMO . FELICIANO . PV . . . .
VICEPRAEF . PRAET . PRAEF . ANNO
NAE . VICEPRAEF . VIGILVM . MAG . . . . . .
SVMMAE . PRIVATAE . MAGIS . . . . . .
VM . RATIONVM . CVRATORI . OPER . . . . . .
TRI . PROC . HEREDITATVM
SACRAE . MONETAE . PER . . . . . .
PROV . NARBONENS . PROC . PRIV . PER . SALARIAM
TIBVRTINAM . VALERIAM . TVSCIAM . PROC . PER . . . . .
FLAMINIAM . VMBRIAM . PICENVM . ITEM . VICE . . .
PROC . QVADRIG . GALLIARVM . PROC . ALIMENT . PER
TRANS . PADVM . HISTRIAM . LIBVRNIAM . . . . . .
FISCI . PROVINCIAR . XI . OB . EXIMIVM . AMOREM . IN
PATRIAM . SPLENDIDISSIMVS * ORDO . TVRCET . PATRONO
DEDICAVIT

* *Ordo Turcetanus*, ex quo videtur Shawio indicari hunc locum appellatum fuisse *Turzam*, aut *Turcetam*.

2 *Ex cit. Lib.* Ant. Iscriz. di Palermo *p.* 14. *n. XXV.*

IMP . CAES . C . VALERIO
. . . OCLETIANO . PIO . FEL
. . V . AVG . PONTIF . MAX
. . IB . POT . COS . II . P . P . PROC . . S
. . . PANHORM . D . *NMQ
D . EIVS . D

* *Numini Majestatique Ejus D. D.*
Mur. CCLVI. 9. v. 4. cos. III. contra fid. lapid. Pertinet ad An. Chr. 285.

3 *Ferrariam prope nuper reperta. Misit V. C. Comin. Maria Mannius Florent. In capsa. Heic mulieris protome.*

D . M
ATILIAE
PRIMITIVAE
CONIVGI . INCOMPARABILI . HERMA
AVGG . VERNA . DISP . REGION . PADAN
VERCELIENSIVM . RAVENANTIVM
B . M . P

In Capsa erant tres lucernæ, duæ pateræ, urna, & nummus, in quo DIVA FAVSTINA.

4 *Romæ. Effossa e Vinea DD. Narium Via Salaria. Ex Marangonio l. cit. cap. LXXXII. pag. 470.*

D . M
FIRMINIO . VALENTI . MIL . N (*Ser.*)
STRATOR . PR . 7 . AGRICOLES . NATVS
IN . PROV . THRACIA . CIVIT . PHI
LIPPOPOLI . VIX . ANN . XXV
MIL . ANN . VI . FECER . HEREDES
TATAZA . MATER . ET . TATA
ZA . MVCAPORA . VXOR . FEC
EX ℣ CCL

5 *Panormi. In Cavedio Palatii Senatus. Ex Principe Turrismutia V. C. l. c. P. 10. XIX.*

M . AVRELIO
ANTONINO . CAES
IMP . L . SEPTIMI . SE
VERI . PII . ARABICI . ADI
ABENICI . P . P . AVG . FILIO
RES . P . PANHOR . DED

6 *Olim Lucæ. Ex Cyriaco l. cit. pag. 14. n. 26. qui vidit: Ad marmoreum bustum, qua pro ore putei dedicta est.*

THALIAE . COCLIAE
L . PEREGRINO
DECVRIONI . LEG . XIII
DECVRIONI . PISIS
QVAESTORI . AD . AERAR . II
HEREDES

Apud Gorium T. II. *Inscr. Etr. p.* 273. lin. 2. COCCIAE.

7 *Romæ ad S. Paulum. Ex Symb. Litter. Vol. V. pag.* 24.

T . AVRELIO . SECVND
NAT . RAITO . V . AN . XXXIII
HEREDES . AMICO
OPTIMO . FA . CV
T . AVRELIVS . LVCIANVS
ET . T . AVRELIVS . QVINTVS
DVPL

1 *Romæ in Musæo Pectorio.*

HOMOBONVS . INFAS . ADQVE . AMICVS . OMNIBVS
HIC . CONQVIESCIT . ANIMA . SVPERIS . TRADITA
QVI . ACCEPTVM . LVMEN . MENSE . XI . REDDIDIT
AMYMONE . ET . MATRE . ET . Q . MARCELLIO . PATRE
NATVS . QVIRINA . ATHENODORVS . ROMA . DOMO

2 *Macratæ*
apud D. Ant. Lazarinium.
Ex Eph. Lit. Flor. XI. 561.

. . . . . MEMORIAQVE
. . . . . EL . QVIETI
. . . . FVEL . QVIETIVS . PATER
. . . . . ER . FILIO . KARISSIMO
. . . . . VNT . L . D . D . D . POT

In ult. lin. legerem *Locus Datus Decreto Decurionum Potentiæ*. Hæc in *Hist. Lit. Ital.* T. XII. pag. 181. *Potentia* Urbs in Piceno ad ostia *Potentiæ* Fluvii excita media inter Anconam, & Firmum xx. m. p. a Numana x. in ortu . Fallitur Ortelius scribens distare ab Hadriatico xxx. m. p. lin. 3. forsan *Fuelia*, i. e. Familia *Fuelia* nisi ad aliquod superioris lin. verbum referendum sit FVEL.

3 *Ex Martorellio De Regia Theca Calamaria pag.* 506.

Ο . ΔΑΜΟΣ
ΤΩΝ . ΡΗΓΙΝΩΝ
ΝΙΚΑΝΔΡΟΝ . ΝΙΚΩΝΟΣ
ΤΟΙΣ . ΘΕΟΙΣ

Rheginorum populus statuæ honoret Nicandrum Niconis filium. Diis.

4 *Ab urbe* Spaila, *olim Sufetula in regno Tunetano.*
Ad arcum triumphalem.
Ex Shawio loc. cit. Vol. I. pag. 259.

IMP . CAESAR . AVG . . . . . .
. . . . . ONIN . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . SVFFETVLENSIVM . .
HANC . EDIFICAVERVNT
ET . DD . PP

5 *Hamam-et in regno Algerii.*
Ex Shawio loc. cit. chap. VIII. *p.* 206.

IMP . CAES . DIVI . SEPTIMI . SEVERI
PART . ARABICI . ADIABENICI
MAX . BRIT . MAX . FIL . DIVI
M . ANTONINI . PII . GERMANICI
SARMAT . NEPOT . DIVI . ANTONINI
PRONEPOTI . DIVI . AELI . HADRIANI
ABNEPOTI . DIVI . TRAIANI . PAR . ET
DIVI . NERVAE . ADNEPOTI
M . AVRELIO . ANTONINO . PIO . FEL
PAR . MAX . BRIT . MAX . GERM
MAX . IMP . III . COS . IIII . P . P . .
CIVITAS . SIAGITANORVM . DD . PP

7 *In Palatio Publico Corinaldi in Piceno.*
Ex Ephem. Lit. Flor. T. XX. c. 188.

D . M.
M . CAVIO . M . F . CAM
MAXIMO . VI . VIRO
SVASAE . VIX . AN
NOS . XIII . DIES . XXIII
M . CAVIVS . VIRN
ET . CAVIA . IANVARI
FILIO . PIENTISSIM

Perperam apud Murat. MLXXXII. 7.

8 *Ravennæ*
In Musæo Archiepiscopali.
Ex Eph. Lit. Flor. Vol. XI. col. 236.

D . M
M . AVRELI . VITA
LIS . MILITIS . CL
PRAET . ANTONI
ANE . RAVENN
NATIONE . PANN
IIII . PROVIDENTIA
STIB . XXVII
VALERIA . FAVSTI
NA . FOCARIA
ET . HERES . EIVS
BENEMERENTI
POSVIT

Apud. Grut. varians MCVII. 2.

9 *Benventi In Æd. DD. Compare.*
Ex Joh. De Vita XXXIV. 2.

D . M
M . RVTILIO
AELIANO
DECVRIONI . BE
NEVENTANO
GRAMMATIC
O . V . A . LXXV
PVTILIA . PRIMA
CONIVGI . CVM . QVO
VIX . AN . X . . . M . .

10 *Romæ ad S. Paulum.*
Ex Symb. Litter. Vol. V. pag. 25.

P . VLVNIVS
P . F . NIGER
SAGVNTIN
VS

11 *Nemausi*
Apud Ill. Vir. Spint. Flechier.
Ex Hist. de la Ville de
Nimes T. VII. p. 226.

ANDVSIA . .
BRVGETIA
TEDVSIA
VATRVTE
VGERNI
SEXTANT
BRIGINN
STATVMAE
VIRINN
VCETIAE
SEGVSTON

Sunt regionis nomina peculiaria.

1 *Ravenna.*
Ex Ephem. Liter. Flor. XI. 720.

D . M
LESVRIAE . IVSTI
Æ . FILIAE . DVLC
Q . V . A . XVIII . M . VI
LESVRIVS . SENENS
ET . CLODIA . PAVLI
NA . PARENTES . ET
AVRELIVS . PAPI
RIVS . MARITVS
CONTRA . V . P

2 *Arientis in Campania.*
Ex Pratillo V. C. in Epist. edit. in Tomo 28. Opuscul. P. Calogiera p. 146.

D . M . S
L . POMPEIO . VERECVNDO
L . POMPEIVS . VERECVNDVS . F
II . VIR . SVESSVL . P

Variant apud Murat. MLXXXIII. 3.

4 *Vienna Allobrogum*
in Pomerio ad S. Romani anno 1757. erutæ.
Ex V. C. Joh. P. Seguierio.

D . M
. . MINNI . VENVSTI
. . . C . CIVITAT . SOGION
. . . OR . ET . SEXTI . MINNI . VA
LERIANI . FILI . EIVS . ET . SEX
. . INNI . QVINTILIANI
MINNIVS . VESTINVS
EMERITVS
COH . XIII . VRB
. . ECVRIO . LVG . VENVSTO
. . ATRI . VALERIANO . FRATRI
. . . VINTILIANO . CONSO
. . . INO . KARISSIMIS . POSVIT
. . SVB . ASCIA . DEDICA
VIT

5 *Sulmona in S. Antonii.*
E schedis Stoschianis.

LIVIÆ . DRVSI . F
AVGVSTI
MATRI . TI . CÆSARIS . ET
DRVSI . GERMANICI
SVPERÆQVANI . PVBLIC

Apud Mur. MLXXXII. 5. lin. 2. AVGVSTAE. l. ult. SVPEREQVA-NI sine dyptongo. *Superaquum* oppidum erat Latii in Pelignorum confinio, cujus Populi *Superaquani*, ut in nostro lapide, & apud Plinium Lib. III. c. 12. *Superequani*.

5 *Tuscanella*
apud S. Petrum, ad plam aqua lustralis.
Ex Joh. Tuscanella in Nov. Fragm. Cyriaci pag. 67. n. 193.

D . M
C . CONONI . CRES
CENTIS . DEC
TVSCANENSIVM
QVAEST . R . P . VETER
AVG . LEG . XIV . GE
MIN . SIGNIFER . R . M
FECER . C . CAVIVS . PRISCVS
FIL . SCRIB . RESTITVTVS . HER
* V . A . L

* *Vinis Ann. 50.*
Apud Reinef. 29. VI. l. 1. deest D. M. l. 2. C. CONONI l. 4. TVSCVLANENSIVM. l. 9. FECERVNT. Murat. MXC. 7. l. 2. C. CONONI, l. 6. LEG. XIII. l. 7. S. M.

6 *In urbe* Dugga,
Olim Thugga *in regno Tunetano.*
Ex Shawio l. c. Vol. I. pag. 222.

IMP . CAES . DIVI . ANTONINI . . . .
MARC . AVRELIO . SEVERO . ALEXANDRO
PONTIFICI . MAX . TRIBVNITIA . POT
ET . CASTR . ET SENATVS . ET . PA
. . . VM . LIBERVM . THVGGA

Ibidem.
CLAVDIO . CAESARI . AVG . . . . . .
MAXIMO . TRIBVNITIA . POT . . . . .
R . CRASSVS . AEDIL . ORNAM . . . . .
TI . VIR . AVGVRII . VIR . QVINQVE
C . FAR . PERPETVVS . SACERIVS
PAGI . THVGGENSIS . NOM . .
ET . PERPETVI . . . . . .

Ibidem.
IMP . CAES . DIVI
NERVAE . NEPOTI
TRAIANI . DACICI
PARTHICI . FIL
TRAIANO . HADRIANO . AVG
PONT . MAX . TRIBVN
POTEST . COS . II . PP
CIVITAS . THVGGA . DD . PP

Hi lapides clare ostendunt *Duggam*, fuisse antiquam *Thuggam*, non vero *Thuscam*. In hac etiam nunc porticus Templi insignibus columnis ornatus, & quamplura Mausolea exstant.

7 *Ex Cl. Huthemio*
l. cit. Class. 1. n. 7. p. 184.

ALBANO . VITALI
EQ . ALAE . INDIANAE
TVR . BARBI . CIVI
TREVERO . AN . XXX
S † P . X . H . EX . T . F . C

Ap. Mur. DCCLXXVII. 2. lin. 1. ALBANIO. l. 3. TVRBARBI. & partim mutila est, ubi Sigla.

1 *In Caſtro Leonis Agri Senogallienſis in Umbria ad Palatium Card. Albani. Ex Ephem. Lit. Flor. T. X. c. 345.*

D . M
L . VASSELLIO . L
LIB . CLEMENTI
VIRO . SVASAE
AETRIA . TIGRIS
COIVGI
BENE . MERENTI

Suaſa Oppidum Sennonum mediterraneum in Umbria trantalpina, fuit etiam Municipium. Hujus meminit Grut. 559. 5. & 402. 1.

2 *Nicia Ex P. Zacharia Extraſ. Lit. per Ital. pag. 53.*

SEGOMONI
CVNCTINO
VIC . CVN
P

Fortaſſe ſcripſerit (inquit cit. A.) VIC. CVA. *Vici Curatores* : Si vere ſcripſerit CVN. quærant loci incolæ, quinam fuerint *Vicani* illi Can. qui *Segomoni* lapidem *poſuerunt*,

3 *Treveris Eruta ad S. Maximinum Ex Cl. Honthemio l. cit. Claſſ. I. n. 5. p. 183.*

FL . GORDIO
RVFINO . * ƎLIH
ORTIS . RHAMAE
MILIARIAE . IN
SYRIA . GENITVS
IN . ASIA . TRAL
LIS . DEFVNCTVS
AVG . TR . LV
CIA . AFRANIA
VALENTINA
CONIVGI . KA
RISSIMO . VIVA
FECIT

* Forte *Cohortis primæ Milliariæ*. Honthem. Ales. Wilthemius *Luxemb. Rom.* Lib. IV. cap. 6. ſic legit : *Flavia Gordio, Ruſino, & Liberis Hæredibus Ortis Rhamæ Miliariæ in Syria, Genuit, In Aſia Trallis, Defunctus Auguſtæ Trevirorum, Lucia Afrania, Valentina Conjugi Kariſſimo Viva Fecit.*
Mar. MLXXVI. 2. verſ. ƎLI . H. verſ. 3. HORTIS. V. 4. MILITARIAE.

4 *In ſuburbio Agri Brixien. qui ducitur* Fiumicello, *in muro novæ Eccleſiæ. E ſchedis Petri Gnocchi.*

* IVLIA
AVGVSTA
DIVI . TITI
TRVMPLINI
ET . BENACENS

Ap. Murat. MLXXXIX. 2. mutila ex *Rubeo*, & v. ult. legit TRIVMPLINI : Apud Plin. L. III. c. 2. *Triumpilini* erant Populi Alpini Cenomanorum in Agro Brixienſi, hodie *Val Trompia* a Brixia xx. m. p. Legendum puto * *Julia Auguſta &c. & Trumpilini Populi & Benacenſes.*

5 *Ex Clariſſ. D. Honthemio l. cit. Claſſ. 1. n. 9. p. 185.*

D . M
CACVRONI
SATTONIS
TREVERI
ANNOR
XVII
SINILIVS . DE
FVNC : VIVVS

Hanc refert Wilthemius Luxemb. Roman. Lib. VIII. cap. 2. proſtans in horto Collegii olim S. J. Luxemburgi.

6 *Effoſſa e ruderibus Velleja. Miſit V. C. Edwardus Corſinus.*

V . F
P. OMICIVS
VE . . . . . M . . IB
SEN . . . . . VIR
SIB . . . . .
AEBVTIA . . . . CALVI . . . .
CAE . . . FILIAE . . . . . ERT
VELEIATIVM
CLADO
L . GRANIO . L . F . PRISC . . .

Vivos fecit P. Omicius Veleiatium Libertas, Seniorum Auguſtalium Sevir ſibi & Aebutiæ Calviæ, Cer filiæ, libertabus Veleiatium, Clada Lucio Granio, Lucii Fil. Priſco.

L . COELIO . FEST . . . .
COS . PRAETORI . PROCOS
PROVINCIAE . PONTI . ET . BITHYN
PRAEF . AERARI . SATVRNI
LEG . IMP . ANTONINI . AVG
AST . . . AE . ET . CALLAECIAE
PRA . . . . . ENTI . DANDI . EX . S . C
AD . . . . . TER . TRIBVNICIOS
R . . . . ICA . VELLEIAT
PATRONO

Lucio Cœlio Feſto Conſuli Prætori, Proconſul Provinciæ Ponti & Bithyniæ. Præfecto Ærarii Saturni, Legionis Imperatoriæ. Antonini Auguſti, Aſiaticæ & Gallicæ Præfecto, Frumenti dandi ex S. C. ad lecto inter Tribunicios, Reſpublica Veleiatum Patrono.

7 *In antiqua Colonia* Thigiba, *in regno Tunetano. Ex Shawio l. c. pag. 219. Vol. I.*

ANTONINI . PII . . . . . .
CASTRORVM . . . . . .
THIGNICA . DEVOTVM

Thignica vel *Thigiba* erat antiqua Colonia, & grandis Civitas, de qua meminit Cellarius *Georg. Antiq.* L. IV. c. v. p. 116. Hodie *Tunga*, vel *Tunnica* leucis V. a *Tuburſica* in Septentrionem. Heic animadvertes quod in lapidibus ibi detectis ſemper ſcribatur *Thignica*, non vero *Thigiba*.

8 *Fragmentum baſis Volſinii. E ſchedis Vaticanis. Miſit Eruditiſſ. Paſſerius.*

. . . . . .
. . . . . .
TRIB . LEG . XI . CL . P . F
X . VIRO . STLIT . IVDIC . CVR . GRA
VISCANORVM . ET . INTERAMNATIVM
NARTIVM . OPT . PATRONO
VOSINIENSES

1 *In antiqua Colonia* Thigiba *in Tunetano Regno.*
Ex Shawio loc. cit. Vol. I. pag. 219.

ALTISSIMO . SAECVLO . DDD . NNN
ORB . . . TORI . . INDVLTA . PACE
CIVI . . THIGNICENSIS . . PROC

2 *Beneventi*
In angulo via media, qua divertitur ad S. Francisci.
Ex Joh. De Vita XXVII. 2.

NEBVLI
C . VESEDIO . RVFINO . PERF
ET . PRAESTANTISSIMO . VIRO
FILIO . VESEDI . IVSTI . INLVSTR
ET . PRINCIPALIS . VIRI . BENE
VENTANAE . CIVITATIS . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . D . . . . . PR . . . . . .
. . . . . PATRONO
STVDIVM . PALLADIANVM

3 *In vico pagi Bernensis, qui dicitur Prundisch, ubi olim fuit urbs Pindonissa.*
E schedis Petri Gnocchi.

IMP . T . VESPASIANVS
CAES . AVG . VII . COS
MARTI . APOLLINI
MINERVAE
ARCVM . VICAN
VINDONISSENSIS . CVRIAE

4 *Catanae,*
Ex Doctiss. P. Abbate Amico: Catana Illustrata T. III. Lib. X. c. IV.

ΕΥΓΕΒΕΩΝ . ΚΑΤΤΩΝ
ΑΓΤΙΠΑΝΟΛΒΙΟΝ
ΑΝΔΡΑ . ΑΝΕΘΗΚΕ
ΖΩCΥΜΙΑΝΕΙΔΗΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΡΑ
CΕΒΗΡΟΝ
ΘΦΡΑΚΑΙΕCΟΜΕΝΟΙCΙ
ΙΡ . . . ΘΕΛΙΖΕΒΙΡΟ
. . . . . .

Piorum inclytæ Urbi, omnino Bonum Virum ornatis Zosimorum Genus Agonotheram Severum, ut & posteris . . . . . .

5 *Interamnæ in Ecclesia S. Georgii.*
Ex MS. Amplis. Præsulis Joh. Bapt. Passerii.

C . LICINIVS . PRISCVS . ET . FABIA . EVPLA
PARENTES
DE . GENITORE . MIHI . GENVS . VMBRIA . DE . GENITRICE
OSTIA . TYBRIS . IBI . VIRENS . NAR . HIC . FLVIT . ABVS
ILLE . EGO . QVI . VIXI . BIS . DENOS . CIRCITER . ANNOS
FLORE . GENAS . TENERO . VERNANS . ET . ROBORE . POLLENS
MILES . ERAM . SVM : DEINDE . CINIS . DE . MILITE . FACTVS
NEC . SOLVM . HOC . QVIA . ME . RAPVIT . FATVM . MALE . FECIT
QVOD . PATER . ET . MATER . PLANGVNT . HOC . PLVS . MALE . FECIT
HAC . LVCE . SI . EXCESSI . SPES . ET . FORTVNA . VALETE
NIL . AMPLIVS . IN . ME . VOBIS . PER . SECLA . LICEBIT
QVOD . PVERAT . VESTRVM . AMISI . QVOD . ERAT . MECVM . HIC . EST

Elegans titulus & utique elegantior, si defuncti nomen parentes addidissent nisi in vertice marmoris abscissum sit.

6 Zungar *in Tunetano regno supra Zophorum januæ Templi.*
Ex Shawio l. c. pag. 194. Vol. I.

. . . . . RORISII . TOTIVSQVE . DIVINAE . DOMVS
EIVS . CIVITAS . ZVCCHARA . FECIT . ET . DEDICAVIT

7 *Roma. Ex Spon. Misc. Sect. V.*

D . M
P . AELIVS . AVITIS
TRAIANO POL
TVBICEN . EQ . SING . AVG
TVRMAE . L . LVCANI
NATIONE . THRAX
V . A . XXXV . MIL . A . XV
P . AELIVS . AVRELIVS
HER . ET . IVLIVS . MAXIMVS
DECVRIO . SECVS . HER . OPTIMO
AMICO . FACIENDVM . CVRAVER

8 *In Tarantasia.*
Ex Eodem l. cit.

DIS . MANIBVS
TI . CLAVDIVS . ARTEMIDORI . F
QVIR . PHOEBVS . TIBERIO
POLITANVS . VIVOS . SIBI
ET . FILIAE . FIDAE . VASIENSI
VXORI . CARISSIMAE

Filia videtur hic nomen esse familiæ, quæ alias *Fillia*, liquidem eadem uxor Tiberii Claudii indigitatur. *Tiberiopolis* urbs erat Thraciæ, item altera Phrygiæ magnæ.

CLASSIS XVI.

MVNICIPIA, ET COLONIÆ.

1 *Ex Annal. Lit. Ital. T. II. p. 266.*

aſculANENSIVM
coloNIA
. . . PAT . COL . QVI , OB
. . . ob quin QVENNALITAT
. . . viam PER XXXXIIII. PASSVVM
. . . munificeNTIA . DIVI . PII . PATRIS
. . . DEC . DEC . STRAVIT
. . . . . DONITAN

2 *Effoſſa Auximi in S. Franciſci. Ex Hiſt. Lit. Ital. Vol. III. 666.*

. . . . . QVI
patRONO
decuRIONES . PVBLICE
PRIMO . EQVITI . ROMANO
poST . COLONIAM . DEDVCTAM
DECVRIONVM . CONSVLTO
COLONORVMQVE . VOLVNTATI
PATROCIRIVM . DELATVM . EST

3 *In Municipio Agbienſium, hodie Beſſons med. a Tuber-Joke leu. in regno Tunetano. Ex Shawio l. c. Vol. I. pag. 226.*

PRO , SALVTE . IMP . M . ANTONINI . AVG . PII
LIBERORVMQVE . EIVS
CINTIVS . C . F . R . N . VICTORVM . AD . TVENDAM
REMPVBLICAM . CONSENSV . DECVRIO
NVM . OMNIVM . IAMPRIDEM . PATRONVS
FACTVS . ET . TVTOR . CVM . RERVM . VETVS
TATE . CONSVM . . . . A , SOLO
. . . . . .
MVNICIPI . CIVILIS . AGBIENSIVM . ET
VNIVERSIS . CVRIIS . D . D . P . P

In Muſ. Veron. CCCCLVIII. 7.

4 *Aſiſii . In Sacello S. Conſtantii. E ſchedis Stoſchianis.*

C . PVBLI . MVNIC . ASISIANATIVM
LIBE . VERECVNDI . VI . VIR
C . PVBLICIVS . ALLIVS , PATRI
PIISSIMO

5 *Tuburbi Minoris, hodie Sub urbo in Regno Tunetano. Prope rudera Amphiteatri . Ex Shawio p. 2. 13. T. 1.*

. . . . . PRONEP . . . AELIO . HADRIANO
. . . RVM . GENTIQVE . MVNICIPIVM . AELIVM
. . . . . PROCOS . ET . Q . EGRILIO
. . . . . LARIANO . LEG . PR

6 *Prope Aventicum Helvetiorum, in Vico Villarienſi. Miſit V. Cl. Samuel Schmidt.*

IVL . GF . FAB . CAMILLO
. . AC . AVG . MAG . TRIB . MIL
. EG . IIII . MACED . HASTPVRA
T . CORONA . AVREA . DONATO
TI , CLAVDIO . CAESARE . AVG
. . ER . CVM . AB . EO . EVOCATVS
V . BRITANNIA . MILITASSET
. . OL . PIA . FLAVIA . CONSTANS
EMERITA . AV . HELVETIOR
EX . DD

Hunc lapid. (ut inouit Schmidt in Epiſt. mihi tradita) *Wilde-us, Schoenebeerus* ap. *Atila Lipſ.* & *Mur.* jam vulgavere; ſed illum hic plenioremexhibemus ex Bocnato Tom. I. 481. cit. op. Mur. MCII. v. 1. legit FABIA. v. 2. interpretantur *Fabiae Auguſtalis Magiſtro*, alii *Sacerdotum Auguſtalium Magiſtro*, nonnulli, quaſi nil deeſſet, perperam ita legunt: *Ae Auguſtalium Magiſtro*, Apud Mur. v. 9. & 10. EMERITA . HELVETIORVM . EX . VOTO . DD. ſine AV . quod *Aventicum* interpretamur.

7 *Fulginea apud Jacobillos.*

C . BETVO . C . F . TRO . CILONI . MINVCIANO
XV . POPVLORVM . VMBRIAE . PATRONO . MVNICIPI
AMERINI . ASISINATES . FOROFLAMINIENSES
FVLGINATES . HISPELLENSES . IGVVINI
INTERAMNATES . MEVENATES . NARNIENSES
NVCERINI . OCRICVLANI . SPOLETINI
TREBIATES . TVDERTINI . ET . VETTONIENSES
B . M . F

Vid. aliam apud Grut. 375. 4.

8 Tes toure, *ubi olim erat Colonia Biſica Lucana. Ex Shawio l. c. p. 215. Vol. I.*

D . N . IMP . VALERIO . LVCINIA
NO . LICINIO . AVG . MAX
SARMATICO . MAX . GERMA
NICO . MAX . TRIBVNITIA . POTES
TATE . X . COS . V . IMP . X . PATRI . PATRIAE
PROCONS . COL . BISICA . LVCANA . DEVOTA
NVMINIBVS . MAIESTATIQVE . EIVS

9 *Ariani. Ex Joh. de Vita Cl. 1. 5.*

GENIO
COLONIAE . BENEVENTANAE
SEPEA . C . L . FIDELIS
SVA . PECVNIA . FECIT
L . D. D . D

Gud. LXVI. 6. v. 3. pro SEPEA habet CESTIA.

1 *In Municipio Agiensium, hodie Beisson a Tuber Soke I. Leuca in Regno Tunet. Ex Shavv. T. I. 227.*

MAGNIS . ET . INVICTIS , DDD , NNNN . DIOCLETIANO
ET . MAXIMIANO . PERPETVIS , AVGG . ET
CONSTANTIO , ET . MAXIMIANO . NOBB . CAESARIBVS
RESPVBLICA , MVNICIPII , AGBIENSIVM . DEDICA . . . . .
M . IVL . . . PROCOS . . MAIESTATIQVE . EORVM , DIC. . . .

2 *Beneventi. Ex Tratillo Via App. L. IV. c. 3. p. 451.*

FELICIBVS . AVSPICIIS
CAES . DIVI . NERVAE . F
TRAIANI . AVGVSTI
GERM . DACICI , P . P
CONDITA . COLONIA
BENEVENTANA
PERT . IVL . PHI . . . . .
. . . . . .

3 *Perulis in Latio in Cathed. Foro. Ex Ephem. Lit. Flor. 67. X.*

L . ALFIO . L . F . COR
VALENTINO . * II
VIR . II . Q . Q . P . M . V
CVRAT . REIP . COL
CASINATIVM . ET
PATRONO . ORDO
SEVIRALIVM . ET
AVGVSTALIVM . OB
MERITA . EIVS
L . D . D . D

Ex altera facie.

DEDICATA . KAL . IVN
LATERANO . ET
RVFINO . COS
OB . CVIVS . DEDICATI *sic*
ONE . DEDIT . DECVR . ET
VI . VIR . ET . AVGVS . I . IIII
DENDROPHOR . I , III , ADIEC
TO . PANE . ET . VINO . POPV
LO . I , II , CVRANTE . VRCV
. . . LANIO . SECVNDO

Apud Mur. MCIV. 7. solum 11. facies, & mendosa. Pertinet ad An. Chr. 197. * II. VIR . II. Q. Q. P. M. V. *tertium duumviro iter. Quinquennali Patrono, aut Pontifici Municipii Verulani.*

4 *In Anglia in muris Britoniæ prope Port. Borealem. Ex schedis Petri Gnocchi*

. . . . . .
DEC . COLONIAE . GLEV . . . . .
VIXIT . ANN . LXXXVI . . . . . .
. . . . . .

Glevum hodie *Glocester* coloniam Romanam fuisse ex hoc lapide discimus.
Apud Gruter. CDLXXXVIII. 3. mendosa in ult. v.

5 *In Regno Tunetano. Ex Shavvio loc. cit. Vol. I pag. 217.*

IMP . CAES . DIVI . M . . . . . .
ANTONINI . PII . GE . . . . . .
NEP . DIVI . HADRIANI
PRONEP . DIVI
TRAIANI . PART . AB
DIVI . NERVAE
SEPTIMIO . SEVERO
PERTINACI . AVG . ARAB
N . P . P . PONT . MAX . TRIB
POTEST . IMP . VII , COS . II
. . . . . HIDIBELENS

6 *Gurbe in Regno Algerii. Ex Shavvio VIII. 202.*

PONTI
C . HELVIO . C . F . ARN . HONORA
TO . AEDILI . II . VIR . . . . . .
. . . CVRAT . ALIMENT . DISTRIB
OB . INSIGNES . LIBERALITATES
IN . REMPVB . ET . IN . CIVES
AMOREM . VIRO . BONO
COL . FVLVIA . CVRVBIS . DD . PP

In Muſ. Veron. 463. 3. In fin. v. 3. II, VIR. II. VIR Q . Q . . .

7 *Ravenna. Ex Eph. Lit. Fl. XII. 54.*

D. M.

N . CLODI . N . F . PAL . P . . OCVLNI
. . . ECVRIONI . COLONIAE . FRVSINATIVM
NOS . ANNOS . PROCV . . INO . FATA DEDERE
RO . QVIBVS . HOC . IL . . CIT . VITA . PARENTVM
N . CLODIVS . NYMPH . VS . ET . VARGVNTEIA . M . F
PROCILLA . ET . N . CL . DIVS . NVMERIANVS
FRATER . ET . SIBI . POSTERISQVE
SVORVM . FECERVNT

8 *Cippus effossus Formiæ h. die in Reg. Villa de' Portici Regis utriusq. Sicil.*

QVINTO . CLODIO . C . . . . . .
HERMOGE . . . . . .
V . C . CONS . CAMP
ORDO . ET . POPVLVS
FORMIANVS
PATRONO . PRESTAN
TISSIMO . . . . . .

1 *Fani.*
Ex Amiano T. II. 93. loc. cit.

II . VIR . Q . Q . CORP
DENDROPHOR
COLON . FANESTR
D . D

2 *Anſteria in arce.*
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. p. 136.

C . METELLO
C . FIL . POMP
MARCELLINO
* EQ . R . EQ . P
IVDICI . EX . V . DEC
INTER . SELECTOS . . . VIR
. . . . FLAM . DIV . TRAIANI
PATRONO . COLLEGIORVM
OMNIVM . PATRONO . COLO
NIAE . FORO . IVL . LIRIENSIVM
PATRON . CAVSAR . PIENTISSIMO
OB . INSIGNEM . CIRCA . SINGV
LOS . VNIVERSOSQVE . CIVES
INNOCENTIAM . AC . FIDEM
HOMINI . OPTIMO . CIV . ABSTINEN
TISSIMO . COLL . FABR . DERT . PATRONO
OB . MERITA . L . D . D . D

Apud Mur. MCVIII. 4. & Muſ. Veron. CCCLXXI. 4. non ad ſidem lapidis. * *Equiti Romano, Equo Publico.*

3 *Aventici. Ex Schmidt l. c. p.* 10.

NVMINIB . AVG
ET . GENIO . COL . HEL
APOLLINI . SACR
Q . POSTVM . HYGINVS
ET . POSTVM . HERMES . LIB
MEDICIS . ET . PROFESSORIBVS
D . S . D

Apud Grut. XXXVIII. 14. deſiderantur duo priores verſus, at ſupplentur CXII. 3. contra fidem lapid. & male in 2. v. in Numo *Pertinacis* COL . NEL . i. e. *Colonia Helvetica* ap. D. de Bochat *Mem.* cit. T. I. 534.

4 *Lilybæi, hodie* Marſala,
Miſit P. C. Princeps Turriſmutia.

M . PACONIVS . L . F . POMP . VISPANVS . PROCVLVS
AEDEM . GENIO . COL . AVG . LILYBIT . S . P . F

5 *Fani in Palatio Pub.*
Ex Petro M. Amiani l. cit. XCIII. 15.

D . M
L . TITVLENVS . L . L
TERTIVS . ORIVNDVS
COLONIA . IVLIA . FANO
FORTVNAE . SEX . VIR
L . TITVLENVS . TITVLENI . FIL
VRSIO . ANNORVM . XII

Apud Grut. 475. 7. deeſt D. M. & v. 6. LIB. pro FIL.

6 *Teani Sidicini*
Ex Ephem. Lit. Flor. T. XV. 279.

...DESIGNATO . PATRI . PA...
...COL . CL . FIRMA . TEANVM

In altera facie.

✠ DEXTERA . DN̄I . FE . . .
EXALTA . . . . .
IN . HVNC . LOCVM
. . . . . RA . SC̄I . TERENTIA
XP̄I . VBI . TRISTIS
. . . . TVNTVR . VT . EX . .
TVI . ET . POPVLI . TV . . . .
. . IN . LOCOSTO . ET . EX . . *ſic*
. . . . TVI . IN . CELO . ET
TI
✠ SVSCIPE . XP̄E . PO . . .
AVLA . QVAM . FL . . .
. . . TIBI . MAVRVS . EP . . .
SERBORVM . Dİ . V . . . .
CYMBRVM . ORNA . . . . . .

Poſtica facies non attinet ad primam, quia haec Chriſtiana & inferioris ævi, ſed hic poſita, quia in eodem Lapide inciſa.

7 *Beneventi.*
Ex Joh. De Vita Diſſ. I. p. 13.

IVLIAE . AVG . IMP . CAESARIS
SEPTIMI . SEVERI . PII . PERTINACIS
AVG . ARAB . ADIAB . PART . MAX
MATRI . AVGVSTI . . . . . .
ET . CASTRORVM . COLONA . IVLIA
CONCORDIA . AVG . FELIX . BENE
VENTVM . DEVOTA . MAIESTATI
AVGG . . . IN . TERRITORIO . SVO . QVOD
CINGIT . ETIAM . CAVDINORVM
CIVITATEM . MVROTENVS

8 *Ibidem. Ex Eodem.*

BENEVENTO
PROFECTIONIS . ORIENTALIS . ET
REDITVS . AVGVSTORVM . I . SEPTIMI
ET . M . AVRELII . ANTONINI . COL . IVLIA
AVG . CONCORDIA . FELIX . BENEVEN
TVM . DEVOTA . MAIESTATI . AVGG

9 *Olim Niſa in Caſtro Petræ Rubeæ.*
Ex Principe Turriſmutia l. c. p. 321.

L . PETILIVS . M . F
COLONIAM . DVXIT
NISSAE . POPVLVS . ET . ORD
PATRONO . MERENTI

De hujuſmodi oppido Siciliæ meminit Thucidides *Hiſt.* L. 3.

1 *In Municipio Aghiensium hodie Briſſon a* Turber Soke 1. *Lena in Regno Tunetano, Ex Shavv. T. I.* 226.

D . M . S
Q . MORASSINA
FELICIA . P
V . A . XXX
BAISAM

2 *Ex Cl. V. Sam. Schmilt Antiq. d' Avenches. p.* 9.

NVMINI . AVGVST
. . . . . VM
VIA . . CTA . PER
DV . . VM . PATER
IIVIR . COL . *HELVE

Boxtorfius in *Diſſert.* de hac Inſcription. legit HELVETIORVM.

3 *In Vico Bellegarde Ex Hiſt.* de la Ville de Nimes Leon Menard. *p.* 470.

. . . . . .
COL . IVL . AVGVST . . .
APOLLIN . FRATRIS

4 *In* Mesberga, *aut* Elmesberga, *Ill. a Boutha Leucis in Agro Tunetano, Ex Shavvio Vol. I. p.* 230.

. . . . . .
PII . IMP . V . COS . I
PROCOS . MVNICIPI
VM . GIVF . DEVOTVM
NVMINI . MAIESTATI
QVE . EIVS . DD . PP

Mesberga, aut Elmesberga appellabatur olim *Ginf*, ſeu *Municipium Aurelium Alexandrinum Auguſtum Magnum Giuſtinum. Epiſcetos Magnum* verſimiliter ei tributum fuit, ut diſtinguatur a parva *Ginf* in monte *Zowaan* poſita, hodie *Zinf el Zowaan*.

5 *Ibidem Ex Eodem l. c. p.* 232.

LVCINIAE . SATVR
NINAE . AVRELI
DIONISI . PATRO
NI . CONIVGI
MVNICIPES
MVNICIPI . AVRE
LI . ALEXANDRIA
NI . AVGVSTI
MAGNI . GIVFITANI

In Muſ. Ver. 483. 4. variant.

6 *In regno Tunetano, in page* Slou-geah *vel* Salouy-Keak, *olim Municipium erat* Chidibbelenſium.

Ex Shavvio loc. cit. pag. 217. *Vol.* 1.

. . . . . T , FL . . . . . .
CONSTAN
NOBILIB
CAESARIBVS , NVMI
NI . EORVM . . . . .
. . . . . .
SVA . PECVNIA
MVNICIPI . CHIDIBB

7 *Ceſenæ Apud. D. Carol. Ant. Serra P. C. Ex Eph. Lit. Flor. T. VI.* 56.

D.
M , CL . . . . . .
SEVERI . . . . . .
DAGOR . II . . . . . .
FLAMINIS . DIX . . .
MVNICIPI . CVR . .
D
SEXC . . . . . .
ZIM . . . . . .

8 *Piſis in Primatiali*,

D , M
ANNIAE , IVCVN
DAE . MANNI
PROCVLI , MATRIS

Heic Tumulus

D , M
MANNIO . M . F . PAL . PROCVLO
DECVRIONI , COL . OST . FLA . DIVI
VESPASIANI . PATRONO . FABRVM
NAVALIVM . OST . VIXIT . AN . XXV
MENS . VI . DIE . XXVIII . H . IIII

Lin. 3. leg. M. *Annii*, & M. *Annio*.

9 *In Cathed. Averſæ in Regno Neapolit.*

A . PLAVTIVS . EVHODVS . SIBI . ET . LIBERIS . SVIS
A . PLAVTIO . DAPHNO . ET . PLAVTIAE . PRIMIGENIAE . ET
PLAVTIAE . LAVRILLAE . ET . PLAVTIAE . FESTAE . ET . PLAV
TIAE . SVCCESSAE . ET
A . PLAVTIO . ABESTO . LIBERTIS . LIBERTABVSQVE . SVIS
POSTERISQVE . EORVM . IS . QVI
PLAVTI . VOCITABVNTVR . VICVS . SPVRIA
NVS , CVM . SVIS . MERITORIIS . ET . DIAETA
QVAE . EST . IVNCTA . HVIC . MONVMENTO . CVM
SVIS . PARIETIBVS . ET . FVNDAMENTIS . HVIC
MONVMENT . CEDET
SI , QVI , EX . IS , QVI . SVPRA . SCRIPTI . SVNT . HOC
MONVMENTVM . AVT . VICVM . SPVRIANVM
AVT . DIAETA . QVAE . EST . IVNCTA . HVIC . MO
NVMENTO . VENDERE . VOLENT
TVNC , AD . REMPVBLICAM . COLONIAE . PVTEO
LANAE . PERTINEBIT

Apud Mazoch. in Diſſ. Hiſt. de Cathed. Eccleſ. Neapolit. Neapoli 1751. 4. & in Hiſt. L. Ital. T. VI. 557.

1 *In Vico Clavensiae non longe a Nemauso. Ex Hist. de la Ville de Nimes Leon. Menard T. Pil. p. 279.*

MEMORIAE
M . ATTI . M . FIL . VOLT
PATERNI . EQVO . PVBLIC
HONORATO . ITEM . DECV
RIONI . COL . APOLLINARE *sic*
REIORVM . DECVRIONI
ORNAMENTARIO . COL . AVG
NEMAVSI . AN . XXV . AGENTI
COELIA . SEX . FILIA
PATERNA
FILIO . PIISIMO

2 *Effossa Auximi e fundam. Eccl. S. Francisci. Ex Ephem. Lit. Flor. Pol. XIII. col. 724.*

. . . . . RONO
. . . . . RIONES . PVBLICE
RIMO . EQVITI . ROMANO
. . ST . COLONIAM . DEDVCTAM
DECVRIONVM . CONSVLTO
COLONORVMQVE . VOLVNTATI
PATROCINIVM . DELATVM . EST

Heic fermo est de quodam patrocinio ab hac Colonia Equiti Romano dato.

3 *Ex Passioneo P. C. Cl. 1. 20.*

: CAELIA . P . F . MVNICIPIO . * SVC :
.·. DONIVM . DEDIT . IMAGINEM .·.
* L . SAVFELIX . AP. F . EX . SE . NATEI :

* *Succusano* * forte *Lucii Saufei Decimi Hippi Fil. Ex Se Nati.*

4 *Ex Marm. Salonitanis pag. XII. n. 6.*

T . TITISENI . CONVICTO
RIANI . *DEC . C . COL
SALON . SACERD
T . TITISENVS
VALENTINVS
7 . LEG . FILIVS

Decurionis Collegii Coloniæ Salonitanæ Sacerdotum.

5 *Tuberfoke, olim Thiburficumburi in regno Tunetano Ex Shawio pag. 220. Fol. 1.*

VRBI . ROMAE . AETERNAE . AVG
RESP . MVNICIPI . SEVERIANI . ANTO
NINIANI . LIBERI . THIBVRSICENSIVM
BVRE

In Mus. Veron. CCCCLVIII. 4. deest ult. vers. Erat sedes episcopalis Provinciæ Proconsularis Africæ, & confundenda non videtur cum *Thuburfica*. Ptolomæi, quæ in Catalogo Episcopatum Africæ sita est in Numidia.

6 *Ibidem. Ex eodem loc. cit.*

Q . ACILIO . C . PAPIR . . . . . .
. . . . . .
ANONAE . AVG . . . . . .
SICENSIVM . PROC . . . . . .
THEATRI . PON . . . . . .
ADVOCATO . CODIC . . . . . .
ADMINISTRATIONIS . HEREDI . . . . .
IN . ME . ET . CO . . . ENTIVM C . .
LAVRENTIVM . VICO . AVGVSTINORVM
SACERDOTI . . . . . REIP
MVNICIPI . LIB . THIB . BVRE
PATRONO

Mendosa in Mus. Veron. CCCCLXII. 1.

7 *In urbe Cassareen Colonia Scillitana in Regno Tunetano. Ex Shawio T. 1. p. 261. 2. In arcu triumphali.*

COLONIAE . SCILITANAE
Q . MANLIVS . FELIX . . . C . FILIVS . PAPIRIA . RECEP
TVS . POST . ALIA . ARGVM . QVOQVE . CVM . INSIGNIBVS
COLONIAE . . . . . .
SOLITA . IN . PATRIAM . LIBERALITATE
EXERIT . OB . CVIVS . DEDICATIONEM
DECVRIONIBVS . SPORTVLAS . CVRIS . EPVLAS . . . . . .

Et inferius minoribus literis.

INSIGNIA . CVRANTE . M . CAELIO . AN . CV

In Mus. Veron. CCCCLXII. 3. male CILITANAE pro SCILITANAE.

8 *Scillacei reperta. Missa Fr. Archangel. a Scillaceo ex Ord.* Cappuccin. *P. C.*

IMP . CAESAR . T . ÆLIVS . HADRIANVS . ANTONINVS
AVG . PIVS . PONTIF . MAXIM . TRIB . POTEST . VI . COS . III
IMP . II . P . P . COLONIAE . MINERVIAE . NERVIAE . AVG
* SCOLACIO . AQVAM . DAT

* *Scyllacium*, vulgo Squillaci, civitas Calabriæ ulter. Borgiæ Familiæ Principatus titulo subiecta. Novo sedet loco ab antiqua urbe, quæ a Strab. & Solino *Scyllaceus*, a Plinio *Scyllatius*, & in hoc lapide *Scolacius* adpellatur. Vid. Ephem. Lit. Flor. An. 1762. de Men. Maio.

1 *Reperta in alveo Fluminis prope Allatinam Fabriani in Marchia Anconit.*

L . MVSETIO
L . F . OVF
SABINO
EQVO . PVBLICO
PATRON . MVNICIP
* TVFIC . ET . MVNICIP .
4. ATTIDIAT . ET . CVPRENS
MONT . PONTIF . AVGVR
IIIIVIR . IVRI . DICVND
DECVRIONES . ET . PLEBS
EX . EPVLIS . SVIS . OB . MER
EIVS . L . D . D . D

In Diar. Lit. five in *Minerva Veneta* T. XLV.
* Tuſci 1. Attidiatis & Cupenſis Montani.

2 *Ex Pratillo Lib. cit.*

MINATIAE . C . F . MANLIOLAE
HER . . . , CAP . EX . TESTAMENTO
COLONIS . COLONIAE . VENVSIN
. . . . . .
HS . IↃↃ . M . N . INTEGRA . SINE
DEDVCT . VICES . EA . CONDITION
VT . HEREDES . MEI . SVM . . . .
. . . . . .

3 *Luca. In Domo Cavenicali S. Mariæ Filiorumcorbi.*

. . . . . EP . L . PRON
. . . . OCTAVIO . PRISCo
. . I . TRAIANI . PARTHIC . PRAEF
. . . SEVIR . EQVIT . ROMAN
. . . VINQ . II . PATRON . COLON
ANA

4 *Ticini in S. Joh. in Burgo.*
Ex Cl. Zacharia Excurſ. Litter. &c. p. 208.

T . DIDIO . M . F . * PAP
PRISCO
III . VIRO . CAPITALI . SEVIR
TVRM . V . EQVIT . ROMAN
TRIB . MILIT . LEG . III . AVG
Q . PROPR . PROVINCIAE
GALLIAE . NARBONENS
TRIB . PLEBIS . PRAETORI
MVNICIPI . PATRONO
T . DIDIVS . HERMIAS
INDVLGENTISSIMO . PATRON

Apud Grut. MXCIII. 7. & Murat. MCXIX. 4. non ad fidem lapidis. * PAP. i. e. PAPia; unde, inquit Mur. *nomen mihi creditur nomen Papia, non Pavia.*

5 *Neapoli. Ex Capacio & Sponio Miſcell. Erud. Antiq. Sect. V. p. 169.*

NEAPOLITANI
. . . . . Q . COMINIO . PRIS
CO . V . P . MAGISTRO
IudORVM . PATRONO
colonIAE . SACERDOTI
AugVRVM . AGONOTHET

Vid. *Art. Crit.* Lib. III. c. IV. n. III.

6 *In Agro Theanenſi.*
Ex Spon. Miſc. Sect. V.

M . AGRIPPAE . L . F
PATRONO . RVFRANI . COLONI

Rufrium, Rufræ, vel *Rufrania Colonia* Campaniæ, erat in Samnium confinibus hodie in Diœceſi Theanenſi. Theanum XII. milliarib. Capua diſtat.

7 *Maſſilia. Ex Eodem l. cit. p. 178.*

. . . . . FLAM . IN
COL . REIOR . APOLL
. . . . . ARTE . . . . ORVM
ET . DE . . . . . .
DENDROPH . MASSIL . . . . . .
VS . STATVAE . IMPENDIVM
REDDERET . DEDICATIONIS . XII
SPORTVLARVM . CORPORATIS . DEDIT

Hæc Colonia etiam apud Grut. CDXXVII. 9. Vid. *Art. Critic.* Lib. III. c. IV. n. III.

8 *Salonis in Dalmatia.*
Ex Sponio Miſcell. E. A. Sect. II. Art. XI. p. 58.

T . FLAVIO . T . F . TRO . DECVR
COL . SAL . AEDIL . IIVIR . . . .
IVREDIC . DEC . COL . AEQVI
FABR . IIVIR . Q . Q . DISP
MVNICIPII . RIDITAR
PRAEF . ET . PATRON . COLL . FABR
OB . MERITA . EIVS . COLL
FABR . EX . AERE . CONLATO
CVRATORI . REIPVBLICAE . SPLEND
ISTAVR . TRIB . LEG . X

Murat. ex Joh. Lucio MCXVI. 6. lin. 1. DECV. lin. 2. MVNICIPI, lin. 6. PATRONO CO. V. lin. 7. COLL. FABR. EX. AERE COLLATA, lin. penult. SPLENISTAVRVM, & in lin. ult. fin. habet Q. P. F. Acuratiorem Lucium deſiderat Murat. ex qua hanc hauſit, minus deturpatam deſerat Sponius. Eadem ac *Muratorianam* vulgaverat Cl. Zacharia *Mem. Saloni*, Cl. IX. n. 4. pag. XXII. Vid. ejuſdem not. & *Art. Crit.* Lib. III. c. IV. n. III.

9 *Roma. Ex Spon. Miſc. Sect. VII.*

DIS . MANIB . SACR
C . VERANIO . VERANO
COH . VII . ET . PR
MVNICIP . TRIDENTIN
MIS . HONESTA
MISSIONE . T . F . I

CLASSIS XVII.

AFFECTVS PARENTVM ERGA LIBEROS.

1 *Romæ.*
Reperta in vinea extra Portam S. Sebastiani ex diar. Lapid. P. Abb. Galletti V. C.

APOLLONIA . CONIVG . INCOMPARABILI . BONIFATIO . CVM . QVO . VIXI T . ANNOS . X . SINE . VLLA . QVIRELLA QVI . VIXIT . ANNIS . XXXV . MENSES VII . DIES . V . HOR . VI . SCRVPVLOS . IIII ET . IVLIAE . FILIAE . QVA . VIXIT ANNIS . XII . MEN . V . DIE . VII . HOR . IV SCRVPVLOS . VII . MATER . INFELICISSIMA . BENEMERENTIBVS . FECIT

2 *Romæ prope S. Sebastiani.*

D . M
AVRELIAE . SERVANDE
FILIAE . DVLCISSIMAE
LAPPIA . LICE . MATER
BEMERENTI . FECIT
QVAE . VIXIT . ANNOS . XXV
MENSIBVS . VIII

Mur. MCCXXVIII. 4. in v. 4. deest LAPPIA. & legit NICE.

3 *Romæ in S. Sebast.*

PRO . DORMITIONE
T . AVR . SYLVANVS . ET
VALERIA . MAXIMA
T . AVR . TELESPHORO
FILIO . DVLCISS . ET . IN . VETE *sic*
ALVMNE . F . C . R

4 *Assisi.*

D . M
AVRELIVS . PAGATONI
VIXIT . ANN . XXV . MENSIBVS
FECIT . MATER . FILIO . PIISSIMO

5 *Ex Marm. Salonit. pag. XXXII. n. 108.*

ATI . MARCELLVS . ATILI . LVCIANO . FILIO
INFELICISSIMO . QVI . VIXIT . AN . II . M . II
POSVIT

Zacharia legit *Atius . Marcellus . Atilius* Cocsin. *Atilus Marcellus Atilio Luciano.*

6 *Ex Marm. Salonitanis XXXV. n. 153.*

SEX . ATILIO . NICONI . DEF . ANN . VIII
ATILIAE . DISTE . ET . NICON . NICOSTRATO . FILIO . INFELICISSIMO
LOCVM . PACVVIA . DONABIT

7 *Romæ ad D. Paulum.*
Ex Symb. Litter. Vol. V. pag. 22.

D . M
T. AEL . EVPORISTI . QVI . VIX . ANN . XIV . M DIEB . XXVIII . D . M . T . AEL . CALISTIANI . QVI VIX . ANN . III . M . V . DIEB . XVII . FILIS . DVLCISSIMIS . T . AELIVS . EVPORVS . ET . AELIA . . . MA . PARENTES . INFELICISSIM . P

8 *Pisis ap. Roncionios.*

V . F
Q . ANQVIRINNIVS . SEC
VNDVS . OCCIA . AGILE
VXOR . Q . ANQVIRINNIO
GAL . SEVERQF . VI . D . S . F
AN . D . XVII
SIBI . ET . SVI . P . QVE

Apud Rein. 109. XII. Nor. f. diff. I. *Cenotaph. Pisan.* Cap. 1. p. 16. Fabr. p. 604. n. 44. Gor. *Inscr. Antiq.* Etr. Par. 11. p. 22. n. 15. non ad fid. lapid. Recte in Symb. Lit. Gor. T. IV. p. 200. & in Excurs. Lit. p. 176. *In hac feralis mensa epulis referta, suo qua arcula sepulcrali, hinc inde Vir & Femina, & ipsiet ardentium cereorum ustris religati, inferius acuminati quasi in terram in parentalibus sacris defigerentur.*

9 *Misit Gallettus. V. C.*

P . AELIDONATI
FEC . MAT . EVCARPIA

10 *Romæ*
Misit Ex P. Ab. Galletti.

L . ANNIO
L . F . AEM
NERVAE
ET . SEX . PON
PEIO . SELVV
CO . FECIT
PONPEIAS
SEX . F . THE
LTO . PATRI
ET . VITRICO

11 *Romæ prope Port. D. Sebast.*

D . M
APOLLINARI
NARDIVS
PATER

12 *Fori Sempronii ap. Nobb. Passion. Ex Passionco Append. cit. p. 164. n. 13.*

D . M
AVGENI
FIL . FECER
AEBVTIA
ET . BATHYLVS

13 *Fori Sempronii apud Nobb. Passionios. Ex Passioneo Append. cit. p. 166. n. 21.*

D . M
AELIAES
HELPIDIS
AELIA
FELICITAS
LIB . FEC
Q . VIX . ANN . XII

1 *Romæ ad D. Paulum.*
Ex Symb. Litter. Vol. V. pag. 22.

D . M
Q . APPAEDIO . FELICI
Q . APPAEDIO , TORQVATIANO
APPAEDIVS . TORQVATVS
PATER . FECIT
FILIS , DVLCISSIMIS . ET . SIBI
ET . SVIS

D . M
CLODIAE . VRSILLAE
P . CLODIVS , CHRYSEROS
CONIVGI . KARISSIMAE
SIBI . POSTERISQVE . SVIS
FECIT

2 *E Schedis Jo. B. Passerii P. C.*

D . M
AVR . PHILE
IAERVS . ET
AVR . SATVR
NINA . FILIO
SVO . DVLCIS
SIMO . P . AEL
PHILEIAE
RO . GAVDEN
TIO . FECERVNT
MEMORIAE
CAVSAE
AVR . COMMV
NIS . ET . AVR . VI
TALIS . NEPO
TI . SVO . ET . SAL
LVSTIVS . SABI
NVS . AMICO . SVO
VNA . CVM . AVR
BASILEO
QVOD . SVAE . QI
ETATI . AETAEN*sic*
VM . RELIQVE
DESIDERIVM

3 *Ante atrium*
DD. de Benzonis urane.
Ex Marm. Salonitanis pag. XXXI. n. 96.

ALBVCIA
FELICVLA
ACTE . FILI
AE . ANNORVM
XVII
ET SIBI

4 *Ex cit. Hist. de Nimes p. 342.*

D . M
L . ATILI
VETERANI
VERATIA
VALENTINA .
F . TE . SIB . V . P

5 *Fori Sempronii*
apud Nobb. Passioneos.
Ex Passioneo : Append. cit. p. 165. n. 17.

D . M
L . ASINNIVS . MERCV
RIVS . L . ASINNIO . HER
MAISCO . FILIO . DVL
CISSIMO . Q . FECIT
V . A . VIII . M . VIIII
D . XX . H

6 *Reperta Romæ extra Por. Salar.*
Ex Hist. Lit. Ital. T. III. p. 677.

D . M . S
ACONIAE . PRISC
ILLAE . V . A . VII . M . II
D . VII . T . FLAVIVS
PRISCVS , ET . ACO
NIA . TVENDA
PARENTES . FILIAE
in latere.
C . ACONIO
TVENDO
FRATRI . ET
in altero lat.
SORORI

7 *Ibidem*
in via Pontile, qua ad Port. Aurean.
Ex Eodem. XLVI. 51.

AGATHOBO . FILIO
MODESTVS
PATER

8 *Ibidem in Æde Majori.*
Ex Eodem . LVIII. 200.

AFINIAE . N . F
CALLISTAE . C . F
N . AFINIVS . FOR
TVNATVS . PATER

9 *Aventici ad Templum.*

AELIAE . MODESTINAE
QVAE . VIXIT . ANNIS . II . M . VI
AELIVS . CLADEVS . ET . CANI
NIA . MODESTINA . PARENTES
FILIÆ . DVLCISSIMAE
POSVERVNT

Mutila ver. 1. apud Grut. DCLXV. 1.

10 *Romæ in Mus. Pettorio.*

SEX . AERARIVS
SEX . SEX . Ɔ . L . BARNAEVS
SIBI . ET . FILIAE . SVAE . ALIENI

11 *Misit Reveren. P. Abbas Galletti P. C.*

DIS . MAN
AMMIAE . FIL . VIX
ANN . AT . VII .
T . F . QVINTO
FILIO . VIX . ANN . XVII
T . F . ZOSIMVS . PATER
ET . F . NAPE . MAT . FILIAE
ET . FILIO . P . S . T . R . Q . E . R .

In Nov. Thes. MCXXIX. 8. varians, & puncta, ubi in lapide cromata.

1 *Perusiæ*
Ex Ephem. Lit. Flor. A. 1764. c. 233.

D . M
APRIAE . IVSTAE
FILIAE . DVLCISSIMAE
PARENTES
FECERVNT . QVAE . VIX . AN . I . M . IIII

2 *Ex Marm. Salonitanis XXXVIII. n. 198.*

D . M
AEL . SEPPIVS . CALVVS
LVCRINO . FIL . ADOPT
B . M . E . S

3 *Hadriæ in Aprutio.*

ANTERO....O.ET.C.VICIRIO.EPAFRO
DITO . FILIO . ET . CELERI . NEPOTI . VIVA . FECIT
QVID . TVA . COMMEMOREM . NIMIVM . CRVDELIS . INIQVA
FLETVS . ET . CASVS . QVID . FACIS . IMMERITEIS
HIC . PVER . INFIRMEIS . ETIAM . NVNC . VIRIBVS . VTQVOI
OCTAVOM . INGREDIENS . SIDERA . CONFICERENT
HOC.....MORS . INVIDA . FALLERE . COGIS
.....FACERENT . AEQVIVS . HOC . FVERAT

4 *Hadriæ in Aprutio*
Ex Ephem. Lit. Flor. T. XIV. col. 76.

D . M . S
L . ATAVO . SYNTROPHO
FILIO . DVLCISSIMO
QVI . VIX . ANN . III . M . IIII . D . VIII
L . ATAVVS . SYNTROPHVS . ET
POMPONIA . LIBERALIS
FEC

6 *Romæ ad D. Paul.*
Ex Symb. Litter. Vol. V. p. 23.

T . AEL . PARTHENIO
QVI . VIX . ANN . VI . D . XXX
. T . AEL . ARTEMIDORVS
FILIO . DVLCISSIMO
FECIT

5 *Beneventi. Ex Joh. De Vita LVIII. 199.*

AEMILIAE . INGENVAE . ADOLESCENTVLAE
DVLCISSIMAE . SILANVS . FRVITVRA
PATER . PIISSIMVS . ET . INFELICISSIMVS
DEDIT

7 *Ex Gorio Inscr. Antiq. Etr. pag. 32. n. 44.*

ANTONIA . SALVIA
MATER
L . PONTI . ACTARI

8 *Nemausi*
Ex cit. Hist. de Nimes
T. VII. p. 324.

D . M
AEMILIAE . ACHIL
LIAE AEMILIVS . ACH
ILLEVS . FIL . AMANTIS
SIMAE

10 *Nemausi Ex cod. Hist. p. 327.*

D . M
AEMILIAE . EV
PRAXIE . QVAE
VIX . ANN . XXX . AE
MILIA . ONESIME
MATER . ET . COLLIB
E . S . V . P

12 *In Hortis Manfeldicis*

D . M
ARTO . DEFV.....
LVCEIVS . PATER
E . C

Ap. Wilthem. LVXemb. Rom. L. V. C. 5. & Jo. Nic. ab Hontheim Cl. VII. II. p. 197. c. oper.

9 *Fori Sempronii*
apud Nobb. Passionees.
Ex Passionео Append. p. 162. n. 3.

D . M
M . AVR . ANTIO
CHI . QVI . VIXIT
ANN . XVIII . M . X
DIEB . VII . HVIC . FEC
AVR . LAVRENTIVS
FIL . B . M

11 *Beneventi in Colleg. Olim Jesuit.*
Ex Joh. De Vita XL. 4.

ARGENTARIA
L . F
MAXIMILLAE
FILIAE . OPTI
MAE

Dest. Patera, sinist. Urceolus.

13 *Olim in Bottonaga*
in agro Brixiano.
E schedis Petri Gnocchi.

.....
L . AEMILIVS
CLARVS
BOXARVAE . F
V . S . L . M

1 *Romæ*
In S. Agnetis Via Nomentana.
Ex Marangonii Le Cose Gentilesche *Cap. 81. p. 436.*

D. M.
M . ANTON . VITLA . RO
EQ . R . Q . VIX . ANN . XVIII
M . ANTONIA . THALVSA
MATER . FILIO . CARISSIM

2 *In Vinea Maria Via Salar.*
Ex Marangonio c. 81. p. 468. cit. op.

AVREL . FORTVNIA
MATER . AVR . CASTAE
FILIAE . BENEMER . FEC
Q . BIX . ANN . VIIII . M . VII
MATER.... NVI. ANN. II. D *sic*

3 *Ibidem. Ex Eodem.*

D . M . S
AELIAE . . . . . FIL . PHOEBES
QVAE . VIX . ANN . X . M . II . D . XXI
P . AELIVS . PHOEBON . ET . AELIA
IANVARIA . PARENTES . FILIAE
DVLCISSIMAE . FECERVNT . ET
SIBI . ET . SVIS . LIBERT . LIBERTABVSQVX *sic*
POSTERISQVE . EORVM . H . M . D . M . A
IN . FRONTE . P . VII . IN . AGRO . P . VII . S

4 *Romæ in Muſ. Pettorio.*
Urna marmorea elegantiſſima.

SEX . AFRANIVS . LAVIVS
SP . F . VIX . AN . V . MENS . VIIII
DIES . IIII
AFRANIA . PROTE . MATER
ET . HERMA . PATER . FILIO
* PISSIMO

Ap. Grut. DCLXVI. 7. non ad fil. lapid. * Longior I. pro duplici.

5 *Romæ ad D Paulum.*
Ex Symb. Litter. Vol. V. pag. 24.

AELIAE . VRBICAE . FIL
AELIVS . PARILIS . ET . CA
STORIA . SABINA . PA
RENTES . F . VIXIT . ANNIS
II . DIEBVS . XXX

6 *Briviæ in Æſtib. Feroldis,*
E ſchedis Petri Gnocchi

AVR . FIRMINAE
FILIAE . DVLCIS
SIMAE . QVAE . VIXIT
ANN . XIIII . M . VI . AVR . . . . .
VS . ET . VAL . AVGVSTA . PAREN
MATRI

7 *Peronæ in S. Nazarii*
Ex Hiſt. Litter. Ital Vol. XII. pag. 391.

S . D . M
AVRELIO . NOVARIO
INFANTI . DVLCISSI
MO . VIX . ANN . XXVII
L . STATIVS . DIODORVS
ET . AVRELIA . CLEOPATRA
PARENTES . INFOELICISSIMI

Ap. Mur. MCXXXIX. 9. varians in 3. lin. & legit INFELICISSIMI absque dypthongo.

8 *Romæ in Muſ. Pettorio.*

CRVDELIS . INPIA . MA
TER . CARIS . SVIS . DVLCIS
SIMIS . VET . PVBLILIO . POTITO
CV . QVI . VIXIT . AN . N . XIII . DI
IV . ÆT . AFRIAE . AELIAE . THEODO
RE . H . F . QVE . VIXIT . AN . N . XXVII
DI . XII . INFELICISSIMA . MATER
QVE . VIDIT . FVNVS . SVVM
CRVDELISSIMVM . QVE . SI . DEVM
PROPITIVM . HABVISSE . HOC
DEBVERA . AB . (fic) EOS . PATI

9 *Romæ*
Ex Ephem. Lit. Flor. T. XIII. 660.

D . M
ANTIGONO . CAES
. N . SER . VERNAE
V . AN . XVII . MEN . X . D . XI
EPAPHRA . ET . PRIMA
PARENTES . FIL . KAR
FECER . ET . SIBI
ET . SVIS

10 *In horto Paganorum ſub Caſerta.*
Ex Bonada T. 1.

APOLLONIA . QVAE . VOCITABAR
LAPIDE . HOC . INCLVSA . QVIESCO
IPSO . MIHI . FLORE . IVVENTAE
RVPERVNT . FILA . SORORES
ANNOS . POST . DECEM . ET . OCTO
VETVERVNT . VISERE . LVMEN
VNVM . SORTITA . MARITVM
SERVAVI . CASTA . PVDOREM
MATER . MISERA . HOC . MONVM
EXTRVXIT . OLYMPIAS . AMENS
HAEC . SVNT . BENE . VIVE . VIATOR

Ap. *Mouſ Orthogr. p. 313.* & Grut. 660. 8. v. 1. VOCITABATVR. Idem Grut. v. 6. VENERVNT.

1 *Bovarni in Eccles. Paroch. in agro Brixiano. Ex schedis Petri Gnocchi.*

M . AEMILI
NAEVIANI
QVI . VIXIT . A
NNOS . XXVIII
M . VII . DIES . X
M . AEMILIVS
VALENTINVS
FILIO . OBSEQVEN
TISSIMO . ET
SIBI

Grut. pag. DCLXVI. 3. v. 4. ANN. v. 7. VALENS. Mur. MCXXVII. 2. v. 1. AEMIL MAEVIAN.

2 *Ex Passionco Cl. Vl. n. 1. Cippus.*

D . M
ACILIAE
RVFINAE
ACILIVS ' XYS
TVS . ET . ACI
LIA . IANVA
RIA . FILIAE
CARISSIMAE

Ap. Murat. MCXXIII. 6. male ' XYSSVS, & v. ult. PIISSIMAE. In medio lin. 1. figura mulieris, quam non observat Mur.

3 *Fori Sempronii, ap. Passionei. Ex Passionco Append. cit. p. 169. n. 35.*

D . M
ATINIO
PROCVLO
FILIO . PIEN
TISSIMO . QVI
VIX . ANN . II
fic MES . XI
DIEB . VIII
LEP . . . . . ,
CORTVM
MATER . FE

4 *Brixiæ. Ex Schedis Petri Gnocchi.*

Q . AVLIO . AVLI . F . VRADIO
BENIGNA . L . POSVIT

Misit P. Galletti.

P . AELI . DONATI
FEC . MAT . EVCA
RPIA

5 *Ex Passionco Cl. Vl. 2.*

DIIS . MANIBVS
ACTENI . PATER . SVVS
FECIT . OLARCIVS
EVHODVS . FIL . SVAE
FECIT . ANNIS . XI
BENEMERENTI

6 *Ex Eodem Cl. Vl. 3.*

D . M
T . AELI . AFRODISI . VIXIT
ANNIS . XIIII . MENSIB
VIIII . DIEBVS . VI
CHRESIMVS . ET . APRODI
SIA . FILIO . PIENTISSIMO . ET
ARTEMISIVS . FRATER . FECE
RVNT

7 *Ex Passionco Cl. Vl. n. 5.*

D . M
AELIAE . P . F
SECVNDILLAE
V . D . XXXXI
P . AELIVS . SECVNDVS . ET
FLAVIA . SECVNDILLA
PARENTES . FECERVNT

8 *Catanæ. Ex Cl. V. Principe Torrisinutia.*

P . ANCITIO . P . F
QVI . VIXIT . ANNIS
VII . ET . DIEBVS . VII
CVIVS . FVRIBVNDAE . RV
PERVNT . FILA . SORORES
CVIVS . FVNVS . MISERI . V
IDERE . PARENTES . ANCITIA
FORTVNATA . ET . CORNE
LIVS . NEPTVNALIS . FILIO
DVLCISSIMO . FECERVNT

9 *Ex Marm. Salonitanis pag. XXXV. n. 155.*

D . M
BVCCIONI . ANN . XX . S . S . M . P . P

10 *Ex Passionco Cl. Vl. 6.*

D . M
TAELI . CAEL
ESTINVIXIT
ANNIS . VII . ME
SIBVS . VDIEBV
SVFECITTAE
LIVSFORTVN
ATVSFILIODV
LCISSIMO

11 *Ex Eodem Cl. Vl. 8.*

D . O . M
M . APALENIVS
EVTYCHES . FECIT
FILIAE . SVAE . BE
NEMERENTI
QVAE . VIXIT
ANNIS . TRIBVS
MENSIBVS . V

12 *Beneventi trans Pontem leprosum. Ex Jo. De Vita LVlii. 198.*

D . M
BASSEAE
STVDIOSAE
KARISSIMAE : FILI
AE . MEAE . QVAE . VI
XIT . ANN . XII . M . III
D . IIII . TITLIVS . STVDI
OSVS . PATER

1 *Ex Paſſioneo Cl. VI. n. 11.*

M . AVR . ANTIO
CHI . QVI . VIXIT
ANN . XVIIII . M . X
DIEB . VII . H . VII . FEC
AVR . LAVRENTIVS
FIL . B . M

2 *Ex Eodem Cl. VI. 12.*

D . M
AVRELIO
EARINO
FILIO . DVL
FECIT

3 *Venetiis in Muſ. Nanio.*

D . M
* AEL , TER , TVL
LI . NAE , F , PI . E
DE . F . AN . XII
M . VIII . C . VR
SV . LVS . ET
AEL . TE . LES
PHO . RIS
P . B , M , PO . S

* *Ælia . Tertullianae Fil. Pie Defunctæ . An. XII. M. VIII. Cajus Urſulus & Ælia . Teleſphoris Parentes Benemerenti Poſuerunt.* Ap. Paſſerium Obſervaz. ſopra alcuni Monumenti del Muſ. Nani , Sez. IV. p. 17.

4 *Fori Sempronii in Domo Paſſion. Ex Paſſioneo Append. p. 162, n. 32.*

D . M
CL . CRESCENTI
VIX . AN . XXVII . M . VI
CL . CRESCES
ET . CL . AGATHONICE
FILIO . PIENTISSIMO
FECERVNT

5 *Ex Marm. Salonit. pag. XXXVII. 1. 187.*

Q . CASSIO
EVTIC
CASSIA
EVTICHIA . MATER

6 *Reperta Romæ ad Port. Salar. Ex Hiſt. Lit. Ital. T. XII. 667.*

DIS . MANIBVS
C . ACONIO , AN
TVENDO
VIXIT . ANNIS , VIII
MENS . VIII . DIEB . X
T . FLAVIVS , PRISCVS . ET
ACONIA , TVENDA
PARENTES . FILIO . ET . SIBI
POSTERISQVE , EORVM

7 *Romæ Tranſliberim.*

D . M
BLASTIONE , VIX : AN . VI
MENSIB . VIIII . DIEB . XIIII . HORA . I
NATVS . V . K . SEPTEMBRES
HORA . DIEI . VI . DIE . LVNAE
DEFVNTVS . III . IDVS . IVNIAS
HOR . PRIM . DIEI . DIE . SATVRNI
ITEM . MATRI . EIVS . QVAE . VIXIT
ANNIS . XX . DIEB . XXX . HORIS . X
RELIQVIT . EVM . MENS . XII . DXX
ELASTVS . PATER . FILIO . PIISSIMO
FECIT

8 *Ex Paſſioneo Cl. VI. 26.*

D . M
CVSPIA . APRICIA
MATER . CVSPIO
FASI . FILIO
BENEMERENTI
FECIT . QVI . VIXIT
ANNIS . XVIIII . MENSI
BVS . X . DIEBVS . XXIIII

9 *Lavant in Agro Brixiano. E ſchedis Petri Gnocchi.*

M , BARBIVS . SOTER
BARBIAE . ASCLE
PIODORAE
FILIAE . PIENTISSIMAE

Mut. MCXLI. 7. ASCLEPIADORAE ,

10 *Olim Materni ad fontem dirutum. in Agro Brixiano . Ex Sched. Petri Gnocchi .*

D . M
CAESIAE . M . F . FESTAE
CLODIA . RESTITVTA
FILIAE . DVLCISSIMAE
QVAE , VIX . ANN . XXXIII
DIES . XII
ET . Q . MINVCIVS . MACER
CONIVGI . CARISSIMAE
VIVVS . DEDIT

Grut. DCLXXIV. 1. v. 5. ANN. XXIIII., v. 6. DIES XXXXI. v. 7. Q. MINTIVS. v. ult. CVM. EDIT.

11 *Ex Marm. Salonitanis XXXIII. 124.*

CAELIA . C . L . HIBERA
TESTAMENTO . DIC
IVSSIT . SIBI . ET . BELLIAE . FIL

(6. VNDE . QVAEQVE . EORVM . PROXIME &c.) Reinef. EARVM. „ Hinc hr manifeſtum (pergit Cl. Polenus) in hoc SC. „ curatum fuiſſe, ut commode materia ſumeretur ad reficiendos du„ ctus; proxima enim conjunda eſt. Pro qua tamen ſolvendum pre„ tium erat, ut liquet ex ſequentibus verbis, *viri boni arbitratu &* „ *ſingula aeſtimante* : namque cui fuiſſet faneitum, æſtimari oportere „ id, cujus pretium ſolvendum non fuiſſet?

(7. VIRI . BONI . ARBITRATV) In Codd. Caſſinen. Urbinate, in Vaticano, & in Editionibus, quæ Jocundi edit. præceſſere, deeſt vox illa *Boni*. In edit. autem Jocundi quam alii poſtea editiones ſecuæ ſunt, ſecutuſque etiam Briſſonius eſt) legitur, *Viri boni arbitratu* : ſed tamen ea vox neceſſaria videtur, tum ſi ratio habeatur conſtructionis, tum vero maxime ſi ipſa æſtimatio conſideretur, cui formulæ hæc *arbitratu boni viri*, ſuapte natura omnino convenit. Ita in *L. ſi fund. XXXV. ff. tit. mandati*, vel *contra* legitur ; *& tuam partem viri boni arbitratu æſtimato pretio, dare mihi oportet*. Multa de æſtimationibus, quæ *arbitratu boni viri* fieri dicuntur, Vid. Buſſon. *de ſignificat. verborum*.

(8. ITINERA . ACTVS) Pomponius in *L. ſi tam XIII. ff. tit. de ſervitutib.* ait ; *Si tam anguſti loci, demonſtratione facta, ita conceſſa fuerit, ut neque vehiculum, neque jumentum ea ire poſſit, iter magis, quam via, aut actus acquiſitus videbitur. Sed ſi jumentum per eam duci poterit, non etiam vehiculum, actus videbitur acquiſitus*. In Juſtiniani autem *Inſtitut. Lib. II. tit. 3.* definitur *actus*, ut ſit jus agendi vel jumentum, vel vehiculum : & Modeſtin. *L. inter Actum XII. ff. tit. de ſervit. ruſtic. prædior.* ait ; *Actus eſt, ubi & armenta trajicere, & vehiculum ducere licet*. Ex his enim arguitur a Cl. Poleno, quod *Actus* fuerint *ſpatia, per quæ duci vehicula poſſent* materiarum ad ædificandum neceſſariarum.

SQuæ, certa ſpatia circa aquarum ductus vacua eſſe, neque occupari ædificiis, aut conſeri arboribus : & ſi quæ eſſent exſtirpari debere. Ex cit. Comment. pag. 214. Art. 127.

VI.

QVOD . Q. AELIVS . TVBERO . PAVLLVS . FABIVS . MAXIMVS . I COSS . V. F. AQVARVM . QVAE . IN VRBEM . VENIRENT . ITINERA . OCCVPARI . MONVMENTIS . ET . AEDIFICIIS . ET . ARBORIBVS . CONSERI . Q. F. P. D. E. R. I. C. 2 AD . REFICIENDOS . RIVOS . SPECVSQVE . 3 PER . QVAE . ET . OPERA . PVBLICA . CORRVMPVNTVR . PLACERE . CIRCA . FONTES . ET . FORNICES . ET . 4 MVROS . VTRAQVE . EX . PARTE . VACVOS . 5 QVINOS . DENOS . PEDES . PATERE . 6 ET . CIRCA . RIVOS . QVI . SVB TERRA . ESSENT . ET . SPECVS . INTRA . VRBEM . ET . EXTRA . VRBEM . SI . CONTINENTIA . AEDIFICIA . VTRAQVE . EX . PARTE . QVINOS . PEDES . VACVOS . RELINQVI . ITA . VT . NEQVE . 7 MONVMENTVM . IN . HIS . LOCIS . NEQVE . AEDIFICIVM . POST . HOC . TEMPVS . PONERE . NEQVE . CONSERE . ARBORES . LICERET . SI . QVAE . NVNC . ESSENT . ARBORES . INTRA . ID . SPATIVM . 8 EXCIDERENTVR . PRAETERQVAM . SI . QVAE . 9 VILLAE . CONTINENTES . ET . INCLVSAE . AEDIFICIIS ESSENT . SI . QVIS . ADVERSVS . EA . COMMISERIT , IN . SINGVLAS . RES . 10 POENA . *H-S . DENA MILLIA . ESSENT . EX . QVIBVS . PARS . DIMIDIA . PRAEMIVM . ACCVSATORI . DARETVR . CVIVS OPERA . MAXIME . CONVICTVS . ESSET . QVI . ADVERSVS . HOC . S. C. COMMISISSET. 11 PARS. AVTEM DIMIDIA . IN . AERARIVM . REDIGERETVR . DEQVE . EA . RE . IVDICARENT . COGNOSCERENTQVE CVRATORES . AQVARVM.

Varians apud Reinef. V. VII. pag. 469. & Terraſſonium.

(1. COSS.) Ita in Cod. Caſſinen. In Reinef. autem aliiſque libris deficeratur.

(2. AD . REFICIENDOS) In Codd. & Libris, & apud Reinef. legitur : *Cum qui reficerendos* . Sed particulam *cum*, quod ſuperteſſe ferunt Pithœus (ut Oſiopœus notat ad hunc locum) & quam nullo modo cohærere cum eis, quæ ſubſequuntur, perſpicuum eſt, prætermiſit etiam Auctor.

(3. PER . QVAE . ET . OPERA . PVBLICA . CORRVMPVNTVR) pluribus in locis oſtendit *Frontinus* non exiguam aquarum partem ad publica opera pertinuiſſe : quamobrem cum, interruptis Ductibus, ceſſabant aquæ, deficiebantque publicis operibus ; *publica opera corrumpebantur*, nimirum inutilia remanebant.

(4. MVROS) ideſt Subſtructiones vivorum.

(5. QVINOS . DENOS . PEDES) Cod. Caſſinen. *C. Vinos Denos*, Cod. Urbin. & Edit. principes *C. Quinos Denos Pedes*. Jocundus *Centenos quinos denos pedes* ; & ita Reinef. quos ſecuæ ſunt poſteriores editiones, & Briſſonius vocem *Centenos* abundare cenſuit P. Pithœus, ut refert Oſiopœus in not. ad hunc locum.

(6. ET . CIRCA . RIVOS . QVI . SVB . TERRA . ESSENT ET . SPECVS . INTRA . VRBEM . ET . EXTRA . VRBEM SI . CONTINENTIA . AEDIFICIA) Cum ſuperius conſtitutum fuerit, circa quznam loca dumtaxat *quini deni* pedes vacui patere debebant, ſcil. circa fontes, & fornices, & ſubſtructiones : in præſentia conſtituitur, circa quznam loca dumtaxat *quini pedes* vacui effect relinquendi, Et primum ſtatuitur, *quinos pedes* relinquendos eſſe vacuos circa *ſubterraneos rivos*.

(7. MONVMENTVM) Cavetur hoc, ne ſepulcra, columnæ, pyramides, arcus, & alia id genus monumenta ponerentur intra definitum ſpatium ab hoc S. C.

(8. EXCIDERENTVR) Ita ſcribendo ad Codices, in quibus legitur *Excipperentur* magis acceſſit Polenus. In Jocundo *Exciperentur*, & in Reinef. & edit. principe *Excideter*.

(9. VILLAE . CONTINENTES . ET . INCLVSAE . AEDIFICIIS) Hæc *Frontinus* aut indicat quadſam ruſticæ villæ partes (puta coluortes, hortos, in quibus arbores, eſſe poterant) claufas ſepturo, & quæ cum villæ ædibus, ſeu ædificiis unum, ut ita dicam, corpus comphehant : aut indicat paganos vicos, in quibus ut plures *ville* etant *continentes*, ita dici quodammodo poterant *ædificiis incluſæ*. Ne autem arbores vitæque in poſterum includerentur, ſanctum videtur etiam leg. illa, quam ad Pop. tulit T. Quinct. Criſpinus Cos.

(10. POENA . *H-S . DENA . MILLIA . ESSENT) Ita Cod. niſi quod pro nota H-S habent HES ; quod tamen ortum fuiſſe ex depravatione notæ H-S, manifeſtum per ſe eſſe videtur.

* Numini augenti Philippi 250. juxta Seſterii, & Philippei Numi mi æſtimatione . In Jocund. & Rein. *Dena millia damnat eſſet* : quam mutationem *Jocundum* intuliſſe credibile eſt, propterea quia in ſequ. Leg. habetur C. *Millia Duos Damnae Eſto* : Sed, cum verba S. C. perſpicua ſint, cur dicto diverſa ex illa Lege mutuari debeat, plane non videtur cit. A.

(11. PARS . AVTEM . DIMIDIA) Ita Codd. & Edit. principes : In Jocundo *Pars altera dimidia*. Reinef. *Pars altera media* ; ſed Codices lectionem non obſcutam tetinere *Polenus* voluit.

Plebiſcitum ſive Lex de pœnis eorum, qui rivos, fiſtulas, Caſtella, locus aquarum publicarum violaverint, vel earum curſum quovis modo impediverint, fraudere interceperint. Ex cit. Comment. p. 218. Art. 129.

VII.

I T . QVINCTIVS . CRISPINVS . COS . 2 POPVLVM . IVRE . ROGAVIT . POPVLVSQVE . IVRE . SCIVIT IN . FORO . PRO . ROSTRIS . AEDIS . DIVI . IVLII . A . D . P . . . . . IVLIAS . 3 TRIBVI . SERGIAE PRINCIPIVM . FVIT . PRO . TRIBV . SEX . L . F . VARRO . QVICVNQVE . POST . HANC . LEGEM . ROGATAM . RIVOS . SPECVS . FORNICES . FISTVLAS . TVBVLOS . CASTELLA . LACVS . AQVARVM . PVBLICARVM . QVAE . AD . VRBEM . 4 DVCVNTVR . SCIENS . DOLO . MALO . FORAVERIT . RVPERIT . 5 FORANDA . RVMPENDAVE . CVRAVERIT . PEIOREMVE . FECERIT . QVOMINVS . 6 EAE . AQVAE . EARVMVE QVA . IN . VRBEM . ROMAM . 7 IRE . CADERE . FLVERE . PERVENIRE . 8 DVCI . POSSINT . QVOVE MINVS . IN . VRBE . ROMA . ET . IN . HIS . 9 AEDIFICIIS . QVAE . VRBI . CONTINENTIA . SVNT . ERVNT IN . HIS . HORTIS . PRAEDIIS . LOCIS . QVORVM . HORTORVM . PRAEDIORVM . LOCORVM . DOMINIS

NIS 10 . POSSESSORIBVSVE . AQVA . DATA . VEL . ADTRIBVTA . EST . VEL . ERIT . 11 SALIAT . DISTRIBVATVR . DIVIDATVR . IN . CASTELLA . LACVS . IMMITTATVR . 12 IS . POPVLO . ROMANO . C . MILLIA . DARE . DAMNAS . ESTO . ET . QVI . CLAM . QVID . EORVM . ITA . FECERIT . ID . OMNE . SARCIRE . REFICERE . RESTITVERE . AEDIFICARE . PONERE . 13 ET . CELERE . 14 DEMOLIRE . DAMNAS ESTO . SINE . DOLO . MALO . 15 ATQVE . OMNIA . ITA . VT . QVICVNQVE . CVRATOR . AQVARVM 16 EST . ERIT . 17 AVT . SI . CVRATOR . AQVARVM . NEMO . ERIT . TVM . IS . PRAETOR . QVI . INTER . CIVES . ET . PEREGRINOS . IVS . DICIT . 18 MVLTA . PIGNORIBVS . 19 COGITO . COERCITO EIQVE . CVRATORI . AVT . SI . CVRATOR . NON . ERIT . TVM . EI . PRAETORI . EO . NOMINE 20 COGENDI . COERCENDI . 21 MVLTAE . DICENDAE . SIVE . PIGNORIS . CAPIENDI . IVS . POTESTASQVE ESTO . 22 SI . QVID . EORVM . SERVVS . FECERIT . DOMINVS . EIVS . H-S . CENTVM . MILLIA . POPVLO DET . SI . QVIS . CIRCA . RIVOS . SPECVS . FORNICES . FISTVLAS . TVBVLOS . CASTELLA . LACVS AQVARVM . PVBLICARVM . QVAE . AD . VRBEM . ROMAM . DVCVNTVR . ET . DVCENTVR . 23 TERMINATVS . STETERIT . 24 NEQVE . QVIS . 25 IN . EO . LOCO . POST . HANC . LEGEM . ROGATAM 26 QVID

Apud Reia. 10. VII. p. 473. Terraſſ. ad calc. Hiſt. Iuriſpr. Rom. & Briſſ. de Formul. Lib. 2. p. 133. edit. Lipſiæ 1754.

(1. T . QVINCTIVS . CRISPINVS . COS) Hanc legem tuliſſe T. *Quinctl. Criſpinum* A. V. C. 743. Qui fuit Col. anno 745. cum *Ner. Claud. Druſo* conſule Polenus in Not. 1. ad h. loc.

(2. POPVLVM . IVRE . ROGAVIT . POPVLVSQVE . IVRE SCIVIT . IN . FORO . PRO . ROSTRIS . AEDIS . DIVI IVLII . A. D. P. . . . IVLIAS) In Cod. idem & ſolum habent P. R. pro A. D. P. . . . IVLIAS) In Cod. idem & ſolum habent P. R. pro A. D. P. ita edit. Jocundi, niſi quod pro *P. R. Julias*, habet *Po. Ro. & Julus*: Ap. Briſſ. *Populum jure rogavit, Populuſq. jure ſcivit In Foro pro Roſtris A. D. P. R. R. I.* Hæc verba *Pro Roſtris AEdis Divi Julii* mendoſum non eſſe cenſet *Polenus*, ubi inquit, *iisdemq. verbis indicari Cor. T. Quinctl. Criſpinum rogaviſſe legem non in veteribus Roſtris, ſed in Novis*. De Veter. & Novis Roſtris vid. Nardin. Lib. V. Cap. 3. *Rom. Antiq.* &c.

(3. TRIBVI . SERGIAE . PRINCIPIVM . FVIT . PRO . TRIBV . SEX . L . F . VARRO) Ad explicandum hunc loc. mire faciunt, quæ in Lib. Pauli Manutii *de Leg.* pag. 278. edit. 1569. habentur relata a *Poleno*, & ait: „ ubi Manutius narrans quo modo Leges ferantur, inter multa egregia hæc habet: *Nunc de ordine in ſorendis ſuffragiis agamus. Primo loco ea Tribus, cuivis Centuriæ, quæ omnium Tribuum, aut Centuriarum nominibus in ſortem conjectis prima de Sitella* (i. e. urna) *ſorte exierat, ſuffragium ferebat* (cum rogabatur Lex noſtra, prima exiit Tribus Sergia : en cur dicatur Tribui Sergiae principium fuiſſe) *eaque* „ prærogativa dicebatur *quia prima rogaretur a Magiſtratu, qui* „ *Comitia habebat*. (Comitia autem habebat T. *Quinctl. Criſpinus* „ Cos. quando rogabatur Lex noſtra. „) *At in prima* (pergit „ *Manutius*) *Tribu, aut Centuria quæ primus e vidulicis is*, quem „ Magiſtratus legem ferre deligebat: *deligebat autem quem & dignitate præſtare & rogationi ſuæ præter ceteros favere judicabat* is „ vero, cum rogabatur Lex noſtra fuit *Sextus Lucii Filius Varro*, „ qua primus rogatus primus ſcivit, i. e. primus ſuffragium tulit „ pro *Tribu* ſua, ſive in *Tribu* ſua.

„ Duo autem monere hic debeo (pergit Cl. Polenus) Primum, me „ non ſcripſiſſe *Tribus Sergia*, ut Briſſonius fecit pag. 178. ſed *Tribui Sergiæ*: tum quia in Codd. legitur *Tribu*; tum quia id perſuadere poſſe videtur etiam illud ipſum, quod eodem in loco „ Briſſonius citet teſtimonium Livii, cujus Lib. IX. cap. 38. verba hæc ſubjecit: *Ei Legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem* „ *dixiſſe, quod Fuscia Curia* (ita hæc verba *Fauſta Curia* in ipſo Briſſonii opere leguntur, atque ita in veteribus Libris) *ſuis* „ *principium, duabus inſigni cladibus, caput Urbi, & Caudina pa-* „ *ces: quod utroque anno ejuſdem Curia ſurrat principium*.

„ Alterum eſt, quod monere debeo, me proclivem eſſe ad credendum in noſtra Lege poſt verba *Sex. L. Varro* deeſſe verba hæc „ *Primus ſcivit*, ut Briſſonius cenſuit cit. loc. me tamen ea verba „ præterniiſſe; & quia idem Briſſonius, ubi legem illam deſcribit „ (pag. 141.) duo hæc verba *Primus ſcivit* non habet; & præſertim quia ſieri potuit, ut vere poſita ea verba in Lege non „ fuerint, propterea quod, ubi poſita non eſſent, ſubaudirentur.

(4. DVCVNTVR . SCIENS) Ita legitur in Codicibus, & in Editionibus, quæ Jocundi edit. præceſſere: In Jocundo vero legitur: *Ducuntur earumve quam ſcient*, & ita Reineſius, ſed intruſa illa verba *earumve quam* prorſus videri, ac Codicum lectionem præſtare plurimum nemo ibit inficias.

(5. FORANDA . RVMPENDAVE . CVRAVERIT) . Ita Codd. Edit. Princeps, & Jocundus cum Reineſ. habent *Foraro rumperve curaverit*. *Non tamen vidi*, ait Polenus, *cur a Codicum lectione eſſet deſcendendum*.

(6. EAE . AQVAE . EARVMVE . QVA) id eſt aut cuaſtæ *Eæ Aquæ*, aut ex iiſdem *aliqua*; qua enim pro *aliqua* ponitur. In Caſſinenſi Cod. & in Urbinate Cod. *Ea aqua earumve quæ qua*: In Jocundo & Reineſio *Ea aqua earumve qua*. Hanc Jocundi emendationem longe optimam exiſtimavimus, niſi quod pro *ea aqua*, poni oportere *ea æque*, rati ſumus: nam verba hæc *Ea aque* referuntur ad ſuperiora verba *aquarum publicarum*; præterea ita facilius vocula *qua* poteſt explicari.

(7. IRE . CADERE . FLVERE) In Codd. in Jocundo, & in Reineſii *Ire cadere fluo*. At Oſpopoeus, & Keuchenius ita jemendandum eſſe locum, ut emendavit Briſſonius, ac ut ſcripſimus, nos ſic cenſuimus: nec ſane de tali emendatione dubitandum eſſe videtur.

(8. DVCI . POSSINT) verbum *poſſint* deeſt in Codicibus, quod tamen eſt in principe Edit. ac in Jocundo; atque ad ſenſeatiam perficiendam videtur omnino requiri.

(9. AEDIFICIIS . QVAE . VRBI . CONTINENTIA . SVNT . ERVNT . IN HIS . HORTIS . PRAEDIIS) Ita edit. Jocundus, Reineſius, & Briſſonius, niſi quod pro *Her* ſcribunt *Hujus*. Omnia autem citata verba deſunt in Codicibus, Urbinate, & Vaticano ac in Principe Editione: In Caſſinen. Cod. leguntur ita: *Laeis quæ edificia Urbi continentia ſunt, erunt in his hortis prædiis*.

(10. POSSESSORIBVSVE) In Codicibus aliiſque libris legitur *Poſſeſſoribus V. F.* Pithoeus levi mutatione (ut Oſpopoeus in Not. ad hunc locum narrat) ſcripſit *Poſſeſſoribuſve*: ita etiam Briſſonius, ut res ipſa videtur efflagitare.

(11. SALIAT) In Codices. In edit. Jocundi legitur *VT SALIAT* & ita Reineſius, quæ redundans particula VT a principe Edit. originem habuit: neque ei Jocundus, aut Briſſonius animum adverterunt. Porro eam particulam VT ſuperfluum eſſe demonſtrat particula *Quove minat*, & ſenſus eſt *Quominus ſaliat*.

(12. IS . POPVLO . ROMANO . C . MILLIA . DARE . DAMNAS . ESTO) Quæ in hoc Legis loco, & infra, ubi ſunt verba *Si quid eorum ſervat &c.* conſtituitur pœna decupla eſt pœnæ, quæ conſtituta fuit in poſtremo SCto; nam *Seſtertiorum* (quod verbum prætermittere aliquando Latini conſuevere) facile ſubauditur; atque ideo pœna conſtituta in hac Lege eſt Nummorum Philippeorum 2500. Prætermitti tamen non debet in eo S. C. pœnam conſtitui *in ſingulas res* adverſus S. C. factas; in hac autem Lege pœnam *in ſingulas res* non adeo diſtincte conſtitui. Rurſus in eo S. C. pœnæ ſtatutæ pertinebat pars dimidia ad accuſatorem, pars altera dimidia ad ærarium: pœna vero conſtituta in Lege hac ad Pop. Rom. tota pertinebat.

(13. ET . CELERE) Ita Codices in Emendationibus ad calcem editionis Jocundi, & pleriſque ſubſequentibus edit. legitur *Et Celare*. In edit. Principe hæc verba deſunt; eademque prætermiſit Briſſonius, cui verba illa *Et Celare* jure non placebant. Sed verba *Et Celere* in Codicibus exſtans, i. e. & *ſubito*, & *propere*, huic loco apprime quadrat.

(14. DEMOLIRE) Ita omnes Codices. In edit. Principe, aliiſque editionibus habetur *Demoliri*.

(15. OMNIA . ITA) Sic in Codicibus. In edit. Principe, & Jocundi *ita Omnia*.

(16. EST . ERIT) Ita Codices: In emendation. ad calcem edit. Jocundi *eſt* vel *erit*: ſed particula *vel* etiam non poſitum heic ſubaudiri facile poteſt.

(17. AVT . SI . CVRATOR . AQVARVM . NEMO . ERIT) Ita in Cod. Caſſinen. atque in Jocundi edit. deeſt particula *aut*, quam Briſſonius poſuit.

(18. MVLTA . PIGNORIBVS &c.) in Codicibus aliiſque Libris *Multam pignoribus*: ſed ſi ita legas: non apparet quod verbum regat hæc nomina *multam pignoribus*. Ubi vero legatur *multa pignoribus*; ſententia perſpicua redditur, nimirum, *cogito coercito multa dicta, & pignoribus captis*: atque ire conſentit locus cit. cum iis, quæ paulo infra ſubiiciuntur; *Et Prætori eo nomine cogendi, coercendi, multa dicendæ, ſive pignoris capiendi &c.* ut conferenti locum utrumque conſtabit. Briſſonius etiam *multa pignoribus*.

(19. COGITO . COERCITO) Cogere & coercere i. e. pœnas repetere exigere: Apud Cic. Lib. III. de Leg. legitur: *Magiſtratus nec obtemperantem, & coactam civem multa, quncuit, verberibuſque coercento*.

(20. COGENDI . COERCENDI) In omnibus Codd. *Cogere de exigendo*: quæ verba orta fuiſſe ex depravatis hiſce verbis, *cogendi, coercendi* veriſimilius fit, quam ex hiſce *cogere*, & *coercere*, quæ in Libris ſunt. Quo palam eſt, ea lectione ſententiam integriorem fieri, atque lectionem certiorem.

(21. MVLTAE . DICENDAE . SIVE . PIGNORIS . CAPIENDI) Ita Jocundus: in Codd. *Multa dicenda ſunt pignoris exercendi*.

(22. SI . QVID . EORVM . SERVVS . FECERIT . DOMINVS EIVS H-S. CENTVM . MILLIA . POPVLO . DET) In Jocundo deeſt nota H-S. In Codd. ſic *&c.*

(23. TERMINATVS . STETERIT) *Terminatus* idem ac *terminus* ſignificat, ut ait Wilhelmus Goeſius in Indice *ad Res Agrarias Scriptores Antiquos* ad verbum *terminatus*.

(24. NEQVE . QVIS) Ita Codices, Jocundus & Briſſonius. In editione autem Principe habetur *Vequo Quis*, ſcilicet *Nequis* in ſpatiis terminatis circa rivos, ſpecus, fornices &c. quid opponat, mollat, obſepiat &c.

(25. IN . EO . LOCO) ideſt: In eo ſpatio ſtantibus terminis definitu, quod vacuum, publicumque eſſe debebat. Ita in Codicibus. In Frontini vero edizionibus deeſt *In*.

(26. QVID

26 QVID . OPPONIT . 27 MOLIT . OBSEPIT , FIGIT . STATVIT . PONIT , COLLOCAT . ARAT , 28 SERIT NEVE , 29 IN . EVM . LOCVM . QVID . IMMITTIT , 30 PRAETERQVAM . EORVM . FACIENDORVM . REPONENDORVM . CAVSSA . 31 PRAETERQVAM . QVOD . HAC . LEGE . LICEBIT . OPORTEBIT . 32 QVI ADVERSVS . EA . QVID , FECERIT . ET . ADVERSVS . EVM . SIREMPS . LEX . IVS . CAVSSAQVE . OMNIVM RERVM . OMNIBVSQVE . ESTO . VTIQVE , VTI . ESSET . ESSEQVE . OPORTERET . SI . IS . 33 ADVERSVS HANC , LEGEM . RIVVM , SPECVM . RVPISSET , FORASSETVE . 34 QVOMINVS . IN , EO . LOCO , PASCERE . HERBAM . FENVM . SECARE . . . . . CVRATORES . AQVARVM , QVI . NVNC . SVNT , QVIQVE , ERVNT . 35 CIRCA , FONTES . ET . FORNICES . ET MVROS . ET ; RIVOS . ET . SPECVS , 36 TERMINATVS . ARBORES , VITES . 37 VEPRES . SENTES . 38 RIPAE 39 MACERIA , 40 SALICTA . 41 ARVNDINETA . TOLLANTVR . EXCIDANTVR . EFFODIANTVR . 42 EXCODICENTVR , VITAVE , RECTE , FACTVM . ESSE . VOLET . 43 EQVE , NOMINE , IIS , PIGNORIS . CAPTIO MVLTAE , DICTIO . COERCITIOQVE . ESTO , IDQVE . IIS . SINE , FRAVDE . SVA . FACERE . LICEAT IVS , POTESTASQVE . ESTO . 44 . . . . . QVOMINVS . VITES , ARBORES , QVAE . VILLIS , AE. DIFICIIS , MACERIISVE . INCLVSAE . SVNT . MACERIAE . QVAS . CVRATORES . AQVARVM . CAVSSA COGNITA . NE , DEMOLIRENTVR . DOMINIS , PERMISERVNT , QVIBVS , INSCRIPTA . INSCVLPTAQVE ES-

(26, QVID . OPPONIT , MOLIT , OBSEPIT &c.) Animadvertere hic praestat, hujusmodi delictum fuisse prope idem, ac illud de quo actum fuerat in postremo & C. quanvis tamen haec lege contentum fuisse illius decuplum, & aequalem poenae constituta adversus eos, qui speeus, & rivos rupisset, & forassent ; etsi manum afferre ipecubus & rivis grayius profecto delictum esse videtur.

(27, MOLIT) Ita Codex Caffinensis, Brissonius, omnesque libri, In Codex Urbin. habet *Molitus*.

(28, SERIT , NEVE . IN . EVM) in Codicibus, in Jocundo, atque in Brissonio, & ubique, In Edit. principe *Serigve ve eo eum* ; & haec falfa lectio in cauffa fuit, ut in falfa fententia perifferes Oppositores, qui in not. ad hunc locum fcribit : *Lege ut, Scrivve vel in eum* &c.

(29, IN . EVM , LOCVM , QVID . IMMITTIT) Apud Jurisconsultos dicitur *immittere id*, quod ita provehitur, ut aliquo loco requiefcat veluti tigna, trabes; item *immitti* dicuntur cloacae, flicidia, flumina, projecta, lumina, fumus, & aqua, ut ex variis legibus colligitur. Re vero ipfa fit fatis manifeftum, in noitra hac lege veteris *quid immittit* fignificari quodcumin modo ea omnia, quae immiffa dici poterant. Quod autem teftimonium veterum *immittit*, legitur in omnibus Libris editis : at in Cod. Caffinen. *Immideri* habere videtur Codex Urbinas habet *Immittit*, Vox illa *locum* eft in edit. Jocundi ; deeft In Codicibus, & in Principe editione loco quem tum faceret ad perfpicuitatem poftrum quoque eft a Cl. Poleno.

(30. PRAETERQVAM . EORVM , FACIENDORVM . REPONENDORVM . CAVSSA) quid vox illa *eorum* fignificet haud facile dictu eft, Re vera modis quibus, vita fuis rationibus, habilis interpretatio haec ; *praeterquam eorum* rivarum fpecuum &c. *faciendorum*, *reponendorum* ; ideft *extraneorum*, aut reftituendorum.

(31. PRATERQVAM . QVOD) Ita Codices Caffinenfis, atque Urbin. In Editiones autem principe, & Jocundi habetur *praeterquam quidem*. Opfopoeus in Not. ad hunc locum haec verba refert ad praecedens verbum *cauffa*, & affirmat reponendum effe, *Cauffa quae quidem* : fed Polenus cenfet particulam *praeterquam* exceptionem continere

(32. QVI . ADVERSVS . EA . QVID . FECERIT . ET . ADVERSVS . EVM . SIREMPS . LEX . IVS . CAVSSAQVE . OMNIVM . RERVM . OMNIBVSQVE . ESTO . VTIQVE . VTI &c.) In Codicibus Caffinenfi & Urbinate ita legitur hic locus *qui adversus ea quid fecerit & adversus eum fi* (Codex Urbinas pro *fi* habet *qui*) id verbum *remp*. in Caffinenfi Cod. clarum non eft ; at in cit. Cod. Urbin. clare legitur : *ex jussu cauffaque omnium rerum omnibusque ejus atque uti* &c. Opfopoeus in not. ad hunc loc. fcribit : *Veri eruditi hunc locum ita proferunt : qui adversus ea quid fecerit, & adversus eum siremps lex jus cauffaque omnium rerum omnibus ejus, utique esset* &c. Senfus autem eft : fi quis fecerit aliquid *adversus ea*, que in *hac parte Leg. funt conftituta etiam adversus eum ejus omnibus*, ad quae deinde pertinere, fimilis re ipfa (nam *siremps* telle Feito) fignificat *fimilis res ipfa lex*, *fimile jus*, fi illique cauffa *omnium rerum*, utique eodem modo, ac lex, jus cauffaque *esset*, & *oporteret esse* adversus ipfum, fi ipfe *adversus hanc legem*, *rivum*, *specum rupiffet*, *forassfet*.

(33. ADVERSVS . HANC . LEGEM . RIVVM . SPECVM . RVPISSET , FORASSETVE . QVOMINVS . &c.) Ita Codices : at in editione principe legitur : *Adversus hanc legem rivum fpecum rupiffet*, *forassfeve*, *quo fpecum forassfet rupiffeve quominus* &c. quod fecutus eft Jocundus & Briffonius , nifi quod pro *quo* ille habet *quoque*, hic habet *Quique*. Sed Codices fequendus omnino docet ; & Polenus ; nam verba illa, *quo fpecum forassfet rupiffeve*, fi diligentius expendantur, atque cum praecedentibus, & confequentibus verbis conferantur, intrufa faffe plane videbuntur. Et traxerunt originem ab incuriofa duplicatione fuperiorum verborum ; cum gloffematis in contextum intrufi fpecies nulla quidem apparet.

(34. QVOMINVS . IN . EO . LOCO . PASCERE . HERBAM . FENVM . SECARE . . . . . CVRATORES . AQVARVM . QVI . NVNC , SVNT . QVIVE . ERVNT) Ita Codices, nifi quod ante facunam verbum *fenves* reperitur, quod ex interiore fimili verbo mendofe fcribi potuit, neque fane ad rem hanc fa. ere videtur ; Polenus enim ita legit : *Quominus in eo loco pascere herbam*, *fenum fecare* poffint, nifi ii, quibus permiferint *Curatores aquarum*, *qui nunc sunt quique erunt*. In Edit. principe legitur *quominus in eo loco pascere herbam*, *fenum fecare* : & in Briffonio *quominus in eo loco pascere herbam*, *fenum fecare*, *fentes*, *vepres*, *capricos Curatores aquarum*, *qui nunc sunt*, *quique erunt*. In Jocundo *quominus in eo loco pascere herbam*, *fenum fecare* : & in Briffonio *quominus in eo loco pascere herbam*, *fenum fecare*, *fentes*, *vepres*, *capricos Curatores aquarum*, *qui nunc sunt*, *quique erunt*.

(35. CIRCA . FONTES . ET . FORNICES . ET . MVROS . ET , RIVOS , ET . SPECVS) Codices habent : *Circa fontes*, *& fornices* (forfan *fornices & muros*) ..... *& murorum*, *& rivos & specus*. Ifte locus emendatur, & conftenfit cum loco fimili, qui eft in poftremo ex Senatufconfultis ante a Frontino poftris, ubi Art. 127. legitur : *Circa fontes*, *& furaces*, *& muros utraque ex parte vacuos quinos denos pedes patere*, *& circa rivos*, *qui sub terra essent*, *& specus*. In edit. principe, & Jocundi, & in Briffonio : *Circa fontes*, *& fornices*, *& murorum curam rivos & specus* : fed verbum illud *curam* huic loco minime conveniens principio fuiffe inepte incruium credit Polenus.

(36. TERMINATVS) Id verbum fignificare quamcumque rem poftitam ea de cauffa, ut conftaret de confinio inter agrum & agrum patam eft. Author.

(37. VEPRES , SENTES) Haec autem fabrieis noxiam effe, tum re ipfa manifeftum eft, tum etiam colligitur ex Caffiodoro Var. Lib. 11. 39. qui ita monet : *Virgulta quoque noxia imputantiare moferunt*, *evulsis fepibus exterminantur*, *ne radicum quidem capilli paulatim turpentes fabricarum viscoribus inferantur* , & *more ripereo prolem sibi fucundiatae contraria nutriant*, *unde & compago cafura dirumpat* ;

(38. RIPAE) Credibile eft *ripas* per agros, aut per agrorum confinia ductas hic indicari fignificatione eadem ac *ripae* ap Scriptoribus *Rei Agrariae nominantur*.

(39. MACERIA) *Muro a fecco*) a Varrone in Lib. I. de *Re Rustica* cap. 14. ponitur fuperficiarius, quae tutanfi fundi cauffa fiunt deque ea, cum fuperiori alia tria fepimentorum genera jam defcripfiffet, haec habet : *Quartum fabrile fepimentum eft noviffimum*, *materia*. *Hujus fpecies fere quatuor* ; *quid fit e latide*, *ut in agro Tufculano*, *quod fit e lateribus cocti bilibus*, *ut in agro Gallico*, *quod e lateribus crudis*, *ut in agro Sabino*, *quod ex terra & lapilli compositis in formis*, *ut in Hispania & agro Tarentino* . Qua in poftrema fpecie rerram quodam modo pro calce ftetiffe putat Polenus : ac fepimentum id *in formis* factum fuiffe ex ratione, qua parietes quidam *Afrorum*, *Hispanorumque in forma circumdati duabus tabulis*, *includebantur* ; Plinius fcribit Nat. Hiff. lib. 35. cap. 14.

(40. SALICTA) erant loca falicibus conftita : haec autem de falicibus ipfis effe intelligendum verba illa quae fequuntur : *tollantur* , *excindantur* &c. manifefte demonftrant.

(41. ARVNDINETA) appellabantur loca, in quibus arundines pullulabant , vigebantque ; fed haec de arundinibus ipfis effe intelligendum vult Author de quo fupra.

(42. EXCOGITENTVR) Ita in Codicibus, & in edit. Jocundi legitur *Excodico* ideft fructes exftirpo : In principe edit. atque in aliis editionibus *Excorticentur*.

(42. EQVE . NOMINE . IIS . PIGNORIS . CAPTIO . MVLTAE . DICTIO . COERCITIOQVE . ESTO) In Cod. Caffinenfi ita : *Eque nomine iis pignoris capto mulsa edici po..... a..... R citi quefio* . In Codice Urbinate legitur : *Eque nomine iis pignoris capio multa edici ....po.... R testq. ofio*. In Jocundo habet : *Eque nomine iis pignoris capito mulca edici ..... or nisi quefio* . Scaliger autem pro *edici or nisi que* , in fuis variis lectionibus repofuerat , *dictio utique* : at in Briffonio fcriptum eft ; *Eque nomine iis pignoris capio mulctae dictio coercitio utique esto*. Demum Opfopoeus in not. ad hunc locum ita cenfet ; *Ea lacuna fic videtur explori poffe* , *pignoris capius* ; *mulae dictio*, *coercitioque esto* ,,. Polenus vero Codicum fingula verba, & fragmentorum literas, quae fuperfunt, attendens, ac Briffonii, atque Opfopoei emendationes refpiciens citatum locum ut vides, reftituit .

(44. . . . . QVOMINVS . VITES , ARBORES . QVAE &c.) In Caffinenfi Cod. ..... *Quominus vites arbores que villis aedificiis macerrisque inclusae sint* , *macerie* &c. ita etiam in Codd. Urbinate ; nifi quod pro *que* legitur *qui* . In edit. principe, & in editione Jocundi . . . . *quominus vites arborisque villis aedificiis*, *macerisque inclusae sint macetie* &c.

ESSENT . IPSORVM . QVI . PERMISISSENT . CVRATORVM . NOMINA . MANEANT . 45 HAC. LEGE . NIHILVM . ROGATOR . QVOMINVS . EX . IIS . FONTIBVS . RIVIS . SPECVBVS . FORNICIBVS . AQVAM . SVMERE . HAVRIRE . IIS . QVIBVSCVNQVE . CVRATORES . AQVARVM PERMISERIT . 46 PRAETERQVAM ROTA . CALICE . MACHINA . LICEAT . DVM . NEQVE . PVTEVS . NEQVE . FORAMEN . NOVVM. FIAT . EIVS . 47 HAC . LEGE . NIHILVM . ROGATOR.

(45. HAC . LEGE . NIHILVM . ROGATOR) Codices *Rogato*, in edit. princip. in aliis, & in Brissonii legitur *abrogatur* : Opposoeus in not. ad hunc locum scribit : *Legendum & hic, & paullo post „ejus hac lege nihil abrogatur*. Apud Scaliger, *nihilum rogator*.

(46. PRAETERQVAM . ROTA . CALICE . MACHINA) Quid sit *Rota*, quid *Machina* a Frontino non indicatur : De *Rota* ad haurendam aquam Vid. Vitr. Lib. X. Cap. 6., ac de *Machina Ctesibica* altissima extollente aquam conf. eund. Lib. XII. ejusque Interpretes, *Barbarum* praesertim, & *Perraultium*, qui fig. exhibent, & Polen. ad hunc locum.

(47. HAC . LEGE . NIHILVM . ROGATOR) In Codd. *rogato*. Scaliger in Variis Lectionibus *magator*.

Decretum Senatus Populique Romani.

Ex Terrassonio Histor. Jurisprud. Rom.

S. P. Q. R.

SERVIO . FVLVIO . FLACCO . P . CALPVRNIO . PISONE . COS . VRBEM . MESSANAM . PROVINCIAE . SICILIAE . TRIBVTIS . CVIVSLIBET . VECTIGALIS . FIXI . MOBILISQVE . PONDERE . PER . OMNIA . SAECVLA . LIBERAVIT . QVIA . DVM . SICILIAE . GRAVE . FORMIDABILEQVE . BELLVM . SERVILE . MVLTITVDINE . CONSPIRATORVM . INSTRVCTV . COPIARVM . POTENTIAQ . MAGNITVDINE . SVBIVGASSET . QVOD . PRIVS . ROMANOS . PRAETORES . DISPERSERAT . CONSVLES . QVOQVE . TERRVERAT SERVOS . MESSANA . SAGACITER . HABITOS . PACE . MATVRE . FRENATOS . QVIN . VNO . P . CALPVRNIO . CONSVLE . DESIGNANDO . LVCEM . SICVLIS . ROMANO . PO. STIMVLOS. ADDIDIT . ET . A. SE FVTVRVM . COMPAR . ABSTVLIT . NOCVMENTVM . VTQVE . SE . A . VILI . SERVITVTE . ERIPIENS PRECIOSA . LIBERTATE . GAVDERET . EX . HOC . ETIAM . PRAESENS . CHIROGRAPHVM . FASTIS ROMANIS . ADIVNCTVM . LAVDEM . CIVITATIS . OSTENTANS . DECREVIT . ASCRIBI . VT . GRATIAM MERITIS . ROMANA . CIRCVMSPECTIO . COAEQVARET .

ADPROBATVM . EST . PRAESENS . PATRVM . DECRETVM . AB . OCTAVIO . PL . TRIBVNO . POST V. C. ANNO . SEXINGENTESIMO . VIGESIMO . REMPVBLICAM . BELLO . SERVILI . TVRBANTE .

Decretum Urbinat.

Ex Eodem loc. cit.

C . VESTIO . C . F . STEL . VINDICI . POPVLI . VRVINI . PATRONO . SVO . ET . MVNICIPII . AEDIL . IIII . VIR . VIARVM . CVRANDARVM . TRIB . MIL . LEG . VIII. AVG. QVO . MILITANTE . CVM LIBERATA . ESSET . NOVIA . OBSIDIONE . LEGIO . PIA . FIDELIS . CONSTANS . COMMODA . COGNOMINATA . EST . IPSE . VT . DEVOTISSIMVS . IMPERATOR . COMMODO . AVG . PIO . FELICI . OBIECTO HONORE . QVAESTOR . DESIGNATVS . EST . ANNOR . XXIIII. DVVMVIR . OB . DEDICATIONEM . BIGAE . DECVRION . SINGVL . . . . V. COLLEGIS . OMNIBVS . VSIS . . . . IIII. L. D. D. D.

Decretum Neapolitanorum.

Ex Eodem loc. cit.

M. MAECIO . MEMMIO . FVRIO . BABVRIO . CAECILIANO . PLACIDO . C. V. PONTIFICI . MAIORI AVGVRI . PVBLICO . PR . QVIRITIVM . QVINDECEMVIRO . SACRIS . FACIVNDIS . CORRECTORI . VENETIARVM . ET . HISTRIAE . PRAEFECTO . ANNONAE . VRBIS SACRAE . CVM . IVRE . GLADII . COMITI . ORDINIS . PRIMI . COMITI . ORIENTIS. AEGYPTI . ET . MESOPOTAMIAE . IVDICI . SACRARVM COGNITIONVM . TERTIO . IVDICI . ITERVM . EX . DELEGATIONIBVS . SACRIS . PRAEFECTO . PRAETORIO . ET . IVDICI . SACRARVM . COGNITIONVM . TERTIVM . CONSVLI . ORDINARIO . PATRONO PRAESTANTISSIMO . REGIO . PALATINA . POSVIT.

Manca Apud Grut. CDXXXIII. 4. ex *Panvinio* Lib. III. Fast.

Contractus, quo Statia Irene jus Liberorum habens, transfert Marco Licinio Timotheo, donationis & mancipationis causa, possessionem & dominium Monumenti.

Ex Eodem loc. cit.

MONVMENTVM . QVOT . EST . VIA . TRIVMPHALE . INTER . MILIARIVM . SECVNDVM . ET . TERTIVM . EVNTIBVS . AB . VRBE . PARTE . LAEVA . IN . CLIVO . CINNAE . ET . EST . IN . AGRO . AVRELI . PRIMIANI . FICTORIS . PONTIFICVM . C. C. V. V. ET . APPELLATVR . TERENTIANORVM . IVXTA . MONVMENTVM . CLAVDI . QVONDAM . PROCVLI . ET . SI . QVI . ALI . ATFINES . SVNT . ET QVA . QVEMQVE . TANGIT . ET . POPVLVM . STATIA . IRENE . IVS . LIBERORVM HABENS . MARCO . LICINIO . TIMOTHEO . DONATIONIS . MANCIPATIONISQVE . CAVSA . SESTERTIO . NVMMO . VNO MANCIPIO . DEDIT . LIBRIPENDE . CLAVDIO . DATIVO . ANTETESTATO . CORNELIO . VICTORE . INQVE

QVE . VACVAM . POSSESSIONEM . MONVMENTI . SVPRASCRIPTI . CESSIT . ET . AD . ID . MONVMENTVM . ITVM . ADITVM . AMBITVM . ADQVE . HAVSTVM . CORONARE . VESCI . MORTVVM . MORTVOS . MORTVASQVE . OSSA . INFERRE . VT . LICEAT . QVOD . MONVMENTVM . SVPRASCRIPTVM SESTERTIO . NVMMO . VNO . MANCIPIO . DEDISTI . A . TE . HEREDE , TVO . ET . AB . HIS . OMNIBVS . AD . QVOS . EA . RES . PERTINEBIT . HAEC . SIC . RECTE . DARI . FIERI . PRAESTARIQVE STIPVLATVS . EST . LICINIVS . TIMOTHEVS . SPOPONDIT . STATIA . IRENE . IVS . LIBERORVM . HABENS AVCTVM . PRIDIE . KALENDAS . AVGVSTVS , IMPERANTIBVS . DOMINIS . NOSTRIS . GALLO . AVGVSTO ITERVM , ET , VOLVSIANO . AVGVSTO . CONSVLIBVS . IISDEM . CONSVLIBVS . EADEM . DIE . STATIA IRENE . IVS . LIBERORVM . HABENS . DONATIONI . MONVMENTI . SVPRASCRIPTI . SICVT . SVPRA SCRIPTVM . EST . CONSENSI . SVBSCRIPSI . ET . ADSIGNAVI .

Varians apud Grut. MLXXXI. 1.

Libellus Claudii Quartini .

Ex Terraſſon. loc. cit.

CLAVDIVS . QVARTINVS . DVOVIRIS . POMPEIONENSIBVS . SALVTEM

ET . IVS . MAGISTRATVS . VESTRI . EXEQVI . ADVERSVS . CONTVMACES . POTESTIS . ET . NIHILOMINVS . QVI . CAVTIONIBVS . ACCIPIENDIS . DESVNT . SCIANT . FVTVRVM . VT . *NON* . PER HOC . TVTI . SINT . NAM . ET . NON . ACCEPTARVM . CAVTIONVM . PERICVLVM . AD . EOS . RESPICIET . ET . QVIDQVID . PRAESENTES . QVOQVE . EGERINT . ID . COMMVNIS . ONERIS . ERIT . BENE . VALETE.

DATVM . NONIS . OCTVBRIS . CALLAGORI . IMPERATORE . CAESARE . TRAIANO . HADRIANO AVGVSTO . TERTIVM . CONSVLE.

Apud Sponius Miſcellaneis pag. 298. & Maffeji Art. Diplomat.

Reperta Salonæ in Dalmatia .

Ex Itiner. Cyrinci Anconitani, & Terraſſonio ad calcem Hiſt. Juriſpr. Rom. N. XXVI.

L . AELIO . CAESARE . IMP . II. ET . P. CAELIO . SER . BALBINO . VIBVLLIO . PIO . COS . VII . IDVS OCTOB . C . DOMITIVS . VALENS . II. VIR . PRAEEVNTE . C . IVLIO . SEVERO . PONTIFICE . LEGEM DIXIT . IN . EA . VERBA . QVAE . INFRA . SCRIPTA . SVNT.

IVPITER . OPTIME . MAXIME . QVANDOQVE . TIBI . HODIE . HANC . ARAM . DABO . DEDICABOQVE . OLLIS . LEGIBVS . OLLISQVE . REGIONIBVS . DABO . DEDICABOQVE . QVAS . HIC . HODIE . PALAM . DIXERO . VTI . INFIMVM . SOLVM . HVIVS . ARAE . EST . SI . QVIS , HIC . HOSTIA . SACRVM FAXIT . QVOD . * IN . AVGMENTVM . NE . PROTOLLAT . ITCIRCO . TAMEN . PROBE . FACTVM . ESTO . CAETERAE . LEGES . HVIC . ARAE . EADEM . SONTO . QVAE . ARAE . DIANAE . SONTO . IN MONTE . AVENTINO . DICATAE . HISCE . LEGIBVS . HISCE . REGIONIBVS . SICVTI . DIXI . HANC TIBI . ARAM . IVPITER . OPTIME . MAXIME . DICO . DEDICOQVE . VTI . SIS . VOLENS . PROPITIVS MIHI . COLLEGISQVE . MEIS . DECVRIONIBVS . COLONIS , INCOLIS . COLONIAE . MARTIAE . IVLIAE SALONAE . CONIVGIBVS . LIBERISQVE . NOSTRIS.

Apud Georg. Fabric. *Antiquit. Monumentum Lib.* 1. qui ſcribit eam mutilam eſſe in Antiquitatibus Romanis, & depravatam in Ingolſtadianis, Vid. Grut. XXIII. 12. in quo aliquantulum varians . * MAGMENTVM i. e. *Majus Augmentum*, in noſtra In AVGMENTVM.

Interdictum Senatus & Pop. Rom. contra Julium Caeſarem.

IVSSV P. MANDATVVE R.

COS . IMP . TRIB . MILES . TIRO . COMMILITO . ARMATE . QVISQVIS . ES . MANIPVLARIE . CENTVRIO . TVRMARIE . LEGIONARIE . HIC . SISTITO . VEXILNVM . SINITO . ARMA . DEPONITO . NEC CITRA . HVNC . AMNEM . RVBICONEM . SIGNA . DVCTVM . EXERCITVM . COMMEATVMVE . TRADVCITO . SI . QVIS , HVIVSCE . IVSSIONIS . ERGO . ADVERSVS . PRAECEPTA . IERIT . FECERITVE ADIVDICATVS . ESTO . HOSTIS . P. R. AC . SI . CONTRA . PATRIAM . ARMA . TVLERIT . PENATESQVE . E . SACRIS . PENETRALIBVS . ASPORTAVERIT . S. P. Q. R.

SANCTIO . PLEBISCITI . S. VE . CONSVLTI.

VLTRA . HOS . FINES . ARMA . AC . SIGNA . PROFERRE . LICEAT . NEMINI

Decretum Julii Caeſaris .

C . IVLIVS . CAESAR . M . TVLLIVM . CICERONEM . OB . EGREGIVS . EIVS . VIRTVTES . SINGVLARES . ANIMI . DOTES . PER . TOTVM . ORBEM . NOSTRIS . ARMIS . VIRTVTEQVE . PERDOMITVM SALVVM . ET . INCOLVMEN . ESSE . IVBEMVS.

C . IABOLENVS

IN-



Inſcriptio vetuſtiſſima in Inſula Melo reperta, & Venetias in Muſeum Patriciæ Gentis Naniæ tranſlata.

ΠΑΙ ΔΙΟΣ ΕΚΦΑΝΤΟΥ ΔΕΞΑΙ ΤΟΔ' ΑΜΕΜΦΕΣ ΑΓΑΛΜΑ
ΣΟΙ ΓΑΡ ΕΠΕΥΧΟΜΕΝΟΣ ΤΟΥΤ' ΕΤΕΛΕΣΣΕ ΤΡΟΦΩΝ.

Παῖ Διὸς Ἐκφάντου δέξαι τόδ' ἄμεμπτες ἄγαλμα
Σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐτέλεσσε Τρόφων.

Nate Jovis accipe inculpabile hoc Ecphanti donarium:
Te quippe invocato, iſtud perfecit Trophon.

Epigramma hoc exaratum eſt antiquiſſimis literis, quarum formam, & magnitudinem juxta exemplum Venetiis ab Erudito, & nauſſimoque Viro, D. Abb. *Joh. Bautiſta Schioppalaſtba* ad fidem authographi exſcriptum ad me miſſum exſcea Tabula exhibeo; uti jam evulgavi primum doctiſſimo Commentario, illuſtratum a Celeberrimo Viro *Thoma Perellio*, in Piſana Academia Matheſeos Pub. Profeſſ. in alio meo Opere cui tit. *Nuovi Miſcellanei Lucchesi*. Lucæ 1773. cum figg. iterumque in altera edit. meorum Miſcellaneorum initio hujus Anni Jubilæi 1775. Ac tertium in alia edit. eorumdem ſub finem præſentis anni. Huſuſmodi enim poſteriores editiones auctæ ſunt iterum iteruque ex ſolitæ.

In cit. Commentario ſcribit Cl. *Perellius*: Diximus voce ἄγαλμα *Donarium* ſignificare, quod ornatus cauſſa *Donum* Templis a Religioſis hominibus inferebatur; attamen diſſimulandum non eſt alium eumque, Situ commodum *Inſcriptionis* noſtræ ſenſum elici poſſe, ſi ἄγαλμα *Statuam* interpretemur, quemadmodum ab *Erodoto*, ut alios præteream, aliquando uſurpatum inveniitur. Heic voces ἄγαλμα ſignificatione admiſſa. Inſcriptio latine ita reddenda eſt:

Nate Jovis accipe perelegantem hanc Ecphanti Imaginem.
Te quippe precatus, eandem abſolvit Tryphon.

Epigrammatis igitur ſenſus eſt *Ecphanti ſignum Tryphonis* opera elaboratum, a *Tryphone* ipſo in *Apollinis* Templo dicatum fuiſſe. *Perellii* Commentarium in Epigramm. de quo ſupra iterum, ac tertium ut diximus evulgatum in *Miſcellaneis* meis, evulgabo quarta vice auctum & expolitum ab eodem Doctiſſ. Authore in ſecunda edit. *Artis Criticæ Lapidariæ*; & hanc vetuſtiſſimam Epigraphen anteponam *Sigeæ Inſcriptioni*: Quam a Marchione Maffejo Immort. mem. vetuſtate carentis antecellere ratus eſt: At ejus bona venia in hac ſententia tantus Vir a veritate aberrat; nam noſtra *Meliteñſis Epichormi*, & *Simonidis* non ſolum ætatem antevertit, ſed ad ipſa quoque Trojani belli tempora pertingit, vel ſaltem iiſdem non ita longo intervallo inferior eſt. Capta enim fuit Troja juxta *Petavii* Chronologiam Anno, qui Chriſti Nativitatem annis 1184. præceſſit; ſi vero *Newtoni* illam amplectamur, qui intervallum, de quo ſupra, probabiliter contraxit, duodecim & nonagenſis annis. Hac ratione a Trojæ excidio ad tempora uſque noſtra annorum 2684. effluxerunt. Epigramma igitur noſtrum præſens ævum annorum 2080. ad minus præcedere cenſet, & probat Cl. *Perellius*.

INDEX GENERALIS

PRIMI, & SECUNDI VOLUMINIS.

In Primo Vol. Prodromus, in quo Opera de quibus infra. Obſerva primum numerationem ſignatam eſſe numeris Romanis a pag. I. *uſque ad* XXXII. *A ſequenti pag. uſque ad finem hujus Prodromi incipit numeratio Arabicis ſive Barbaris numeris ſcripta, & procedit juxta numerum Columnarum.*

Præfatio Typographi. Pag. I.
Epiſtole ad Sebaſtianum Donatum, in qua Muſeum Guarnaccii deſcribitur. V.
Ars Critica Lapidaria. IX.
Monitum Donati Editoris ad eandem Artem Criticam Lapidariam. XIII.
Sigea Inſcriptio. XV.
Epiſtola varnsculo ſarmona ſcripta, qua Scipio Maffejus Diſſertat. Sebaſtiani Donati de Amphitheatro Lucanſi adprobat. XVII.
Defenſio Ligorii. XVIII.
Maffeji Elogium. XXI.
Inſcriptio ad Maffejum pertinens. XXVIII.
Caralogus Maffeji Operum. XXIX.
ARTIS CRITICÆ LAPIDARIÆ LIB. I. Col. 1.
Scribendi, & incidandi literas antiquiſſimus uſus. 1.
Codicibus Inſcriptiones præſſe par eſt credare. ibid.
De Obeliſcis Ægyptiis. 2.
Eorumdem Inſcriptionrs, ſi hoc nomine appallara libet, an explicari poſſint. 4.
Quo rempora ſcribendi uſus incoeperit, & quis Litararum Inventor. 5.
Enochi Patriarchæ tamposa ſcribendi uſus an invaluerit. 6.
An hujuſmodi uſus an invaluarit ſtatim poſt Diluvium. 7.
Scriptoras quamplures affirmant literarum uſum a Phoenicibus ad cæteras Gentes emanaſſe. 8.
De antiquiſſimis, & primordialibus literis nobis notis. 9.
De Samaritanis Literis. 10.

LIB. II. CAPVT I.

De Inſcriptionibus, quæ in Græcorum Libris raferuntur. 11.
Æri, & Mermori inſcalpendi literas incoepit uſus plana cum ipſis literis. ibid.
Inſcriptiones veteres, quum retrocta tempora ſpectent, rationem præmittit Cl. Auctor, cur ævum univerſum in quatuor periodos diſtribuat. 13.
Ad ſecondam temporum periodum progreditur. ibid.
Deorum Minorum Gentium, ſive Heroum ad Diviniratem translatorum monumenta in judicium adducuntur. 14.
Pro Commenritiis haberi oportet Vetuſtiſſimorum Regum monumanta, quorum ſacta, & nomina ambigua ſunt. 15.
Incipit ab Ægyptiis. ibid.
Ad Aſſyrios ſe confert. 16.
Ad Commentitiorum Claſſem rafere non pauca apigrammata a Veteribus exhibita, quæ Heroas, alioſque inluſtres Viros mythici temporis reſpiciunt. 18.
Nonnullæ Epigraphes, quamvis illorum Scriptorum tempore, qui eas refarunt, extiterint, falſitatis notam tamen effugera nequeunt. Col. 20.
Non omnia Antiquitatis Cimelia ſunt rejicianda. 21.
Ad fabuloſa tempora refarri poſſunt aliqua pretioſa Ægyptiorum monumenta, & nonnulla ariam Etruſcorum. 22.
Signa varitaris habent Tripodas, quos Thabis in Boetis vidit Harodotus. ibid.
De Græcis Epigrammatis, quæ ad hiſtorica tempora pertinent, agitur. 23.
De iis, quæ hiſtorica dici poſſunt. 26.
De uſu pangendi Inſcriptiones ante Perſarum bellum. 27.
Legirtimæ cradi poſſunt plures epigraphes e bello Peloponneſiaco ac ſequantium ærsrum. 28.
In judicium adducuntur nonnullæ Inſcriptiones, quæ revera non Epigraphes, ſad exercitamenta ſunr. 29.

CAPVT II.

De Inſcriptionibus, quæ in Veterum Lsrinorum Libris referuntur. 33.
Initium ſumitur ab antiquis verſibus Saturnis. ibid.
De apigraphis, quæ a Cicerone adferuntor. 34.
Da iis, quæ a Livio. 37.
De iis, quæ a Valerio Maximo. 38.
De Legibus, quæ a Seneca Rhetore adferuntur. 39.
De Monumentis apud Plinium. 40.
De Inſcriptiona, cujus meminit Paterculus 42.
De iis, quæ apud Tscitum. ibid.
De iis, quæ apud Svatonium. 43.
De Epigraphe, quæ a Petronio T. Arbitro relata eſt. 44.
De Senatusconſultis a Jul. Frontino adlatis. 45.
De Epitaphiis, & Legibus, quæ apud Plinium Junorem. 46.
De Epigrammstis ab Hiſt. Aug. Scriptoribus adlatis. 47.

LIB. III. CAPVT I.

Canones traduntur ad fictitias Inſcriptiones Græce loquentes dignoſcendas.

Can. I. Inſcriptiones Græca loquentes commantitiæ paucæ deprehenduntur. 51.
Can. II. Marmorum inſpectio admodum conducit ad eorumdam veritatem explorandam. 57.
Can. III. Inſcriptionum verba ac continentia examinanda. 73.
Can. IV. Inſcriptiones recta deſcribendæ, quum ex litararum omiſſione, vel permutatione arrores non pauci oriantur. 97.
Can. V. Inſcriptionas ſumma diligentia reſolvendæ. 105.
Can. VI. Inſcriptiones ſumma circumſpectione emendandæ

dandæ vel ſuppleudæ. Col. 112.
Can. VII. Græcorum Epigrammatum verſio ardua, ideoque ſæpiſſime in eorumdem translatione peccatum. 112.

CAPVT II.

Canones traduntur ad fictitias Inſcriptiones Latine loquentes internoſcendas.

I. Antiquitatis indubitatum ferme argumentum eſt, cum Inſcriptiones in æneis Tabulis inciſæ repræſentantur. 159.
II. Ad lapidearum Inſcriptionum explorandam fidem, marmoris genus, faciem, coloremque inſpicere oportet. 161.
III. Ad ſcripturæ obſervationem, atque judicium literarum tranſeundum eſt. 163.

CAPVT III.

Exquiruntur, quæ in Lapidibus fictitiæ Inſcriptiones exſtant, & in judicium adducuntur. 187.
Initium a Veronenſibus Monumentis mendacibus in Muſeo Authoris extantibus ſumitur. 188.
Ad eam vetuſtorum Lapidum collectionem adcedit, qui in Comitum Juſtorum Hortis exſtant. 194.
De iis, qui ſunt in Muſeo Comitum Moſcardiorum. 196.
De iis, qui ſuot Vicetiæ in Comitum Gualdiorum Horto. 199.
De iis, qui ſunt Pstavii in Alverſiorum Domo. 201.
De iis, qui ſunt in Baſſianorum Aedibus. 203.
De iis, qui ſuot in Impluvio Nobilium de Lazara. 206.
De Liviorum Monumentis. 209.
De iis, qui Venetiis ſunt. 211.
De iis, qui in Pontificia Ditione. 213.
De iis, qui Bononiæ. 216.
Ad illas converſitur, quos Malvaſia vulgavit. 219.
De iis, qui ſunt in Etruria. 222.
De iis, qui in Regio Cimeliarchio Florentino. 233.
De iis, qui ſunt apud D. Marchionem Riccardium. 234.
De iis, qui ſunt in Nobilium Gaddiorum Ædibus. 245.
Raro occurrunt ſpuria Epigrammata, quibus ſimulacra, aliaque ſculpturæ, & ornamenta ſint adnexa. 250.
De lapidibus in eruditum luſum, & ad ornamentum elegans fabrefactis. 257.
De Strozziana Collectione. 264.

CAPVT IV.

Suſpectarum, quæ in Libris ſolummodo ſpectantur, Inſcriptionum diſquiſitio perſgitur. 267.
I. Earum, quæ in Gruteri Theſauro. ibid.
II. Reinecii Syntagmatis diſquiſitio peragitur. 391.
Inſcriptio in Columna Buonviſina Tiberii Claudii, qui Imperator adclamatus fuit An. Ær. vulg. 41. poſt Caji Caligulæ mortem, & obiit veneno in Boletis ſumto Anno 54. ætatis ſuæ 64. poſt quem ad Imperium evectus fuit eodem anno Claud. Domit. Nero. Adfertur hæc a *Donato in Not.* 406.
III. Jacobi Sponii Miſcellaneorum Eruditæ Antiquitatis Diſquiſitio. 412.
IV. Inſcriptioum Antiquarum Raphaelis Fabretti Diſquiſitio. 440.
V. Variarum Inſcriptionum iu jam Iudatis Operibus non adductarum Diſquiſitio. 464.
De Inſcriptionibus, quæ adſeruntur ab Hiſtoricis Hiſpanicis. 465.
Exquiruntur nonnullæ Epigraphes, quæ in Capscii Neapolitana Hiſtoria extant. 467.
De Tabulis Siculis a Guglielmo collectis. 468.
Lapidariæ Muſæ carmina quandoque nullam eam antiquis lapidibus cognationem habent. 470.
De Ænigmate a Seldeno relato. ibid.
De Nonnullis Epigraphis a Malvaſia relatis. 471.
De decantatiſſima Æliæ Criſpidis Inſcriptione. 472.
De Nonnullis Ariminenſibus Inſcriptionibus apud Gruterum. 474.
De Nonnullis Brixianis apud Rubeum. 475.
De nonnullis apud Philippum a Turre Adriaoſem Epiſcopum. ibid.
De tribus Inſcriptionibus in Hiſtoria Gymnaſii Ticinenſis. 477.
De Epigraphe in Antiquitatibus Umbrorum Franciſci Dini. ibid.
Nonnullæ Epigraphes ad examen revocantur relatæ in Hiſtoria Academiæ Reg. Pariſienſ. Inſcriptionum. ibid.
Obſervationes Cl. V. Joſephi de Bimard la Baſtie Baronis Montis Seleuci ad nonnulla loca Novi Theſ. Veterum Inſcriptionum Cl. V. Lud. Antonii Muratorii. 486.
Cunnegieteri Epiſtola ad Cl. V. Jacobum Philippum Dorvilium de Inſcriptionibus quibuſdam Sylloges Muratorianæ. 505.
Exquiruntur nonnullæ Inſcriptiones Cl. Bimardi in primo Volumine Nov. Theſ. adlatæ. ibid.
Exquiruntur nonnullæ, quæ in Diſſertatione prima, & in Diſtriba de Diis Ignotis ejuſdem Bimardi in cit. Vol. adferuntur. 509.
De duabus Inſcriptionibus in Diſſertatione ſecunda, & in Epiſtola ejuſdem Bimardi relatis. 513.
Exquiruntur nonnullæ Inſcriptiones primi Voluminis Nov. Theſ. 514.
Lapidum Vetuſtorum Epigrammata & Periculum Animadverſionum in aliquot Claſſica Marmorum ΣΥΝΤΑΓΜΑΤΑ accurante Chriſtophoro Saxio. 541.
ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ ejuſdem Auctoris. 549.

CAPVT I.

§. I. Tituli Veteres. 555.
§. II. De iiſdem Titulis. 557.

CAPVT II.

Scholia in Jani Gruteri Theſaurum. 563.

CAPVT III.

Scholia in Reinesii Syntagma. 583.

CAPVT IV.

Scholia in Marq. Gudii Inſcriptiones. 593.

CAPVT V.

Scholia in Cel. Muratorii Novum Theſaurum Inſcriptionum. 598.
Scholia in Muratorianas Inſcriptiones Tom. I. ibid.
Scholia in Inſcriptiones Tom. II. 603.
Scholia in Inſcriptiones Tom. III. 613.
Scholia in Inſcriptiones Tom. IV. 616.

Poſt Prodromum habentur Inſcriptiones in ſuas Claſſes diſtributa, & notantur hoc modo Pag. 1. Inſcript. 1. *& ſic de cæteris uſque ad finem hujus Noviſſ. Theſauri Donati.*

IN-

INDEX CLASSIVM

IN PRIMO VOLVMINE.

Dii Antiquorum Claſſis I. Pag. 1.
Templa, Ædes, Aræ, & Dona Sacra, Claſſ. II. 64.
Pontifices, Sacerdotes, aliique Sacrorum Miniſtri. Claſſis III. 71.
Auguſti Cæſares, & Reges. Claſſis IV. 95.
VValchii Commentarius in Marmor Hiſpaniæ Antiquum vexationis Chriſtianorum Neronianæ &c. 99.
Conſules Claſſis V. 154.

INDEX TABVLARVM IN PRIMO VOLVMINE.

Maffeji affigies poſita aſt poſt Monirum Donati. Pag. XXI.
